IULII FIRMICI MATERNI

MATHESEOS LIBRI VIII

EDIDERUNT

W. KROLL ET **F. SKUTSCH**

FASCICULUS PRIOR

LIBROS IV PRIORES ET QUINTI PROOEMIUM CONTINENS



LIPSIAE
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI
MDCCCXCVII

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI

MAXIMILIANO CONSBRUCH

SODALI AMICISSIMO

DIE XX. M. IUN. A. MDCCCXCVII

Wie an dem Tag, der dich der Welt verliehen,
Die Sonne stand zum Grusse der Planeten,
Bist alsobald und fort und fort gediehen
Nach dem Gesetz, wonach du angetreten.

Raro attulimus Parisinum 7312 membr. saec. XV (Paris.), quem inspexit Kroll; Monacensem 560 membr. saec. XI interpolationibus scatentem (desinit in *dies* 76,20) et Darmstadtensem 756 membr. saec. XII Parisini Q gemellum (desinit 269,19), quos summa comitate contulit F. Boll; Escorialensem C IV 13 membr. foll. 108 saec. XIII, ex quo varias lectiones ad p. 1,1—35,11 benigne enotauit Benignus Fernandez bibliothecae praefectus.

Ex his libris cum nullus ultra 269,19 pertineat, ad extrema adhibendi sunt codices recentiores, quibus solis omnes octo libri traduntur. Delegimus hosce:

A Norimbergensem V 60 chart. foll. 203 cm 30:22 anni 1468. Contulit Kroll, inde a libro quinto Skutsch.
A′ Consensum eius cum editione principe nota **A′** indicavimus.

B Monacensem 49 chart. foll. 128 cm 31,5:21,5 saec. XVI. Contulit Kroll.

C Vaticanum 2227 chart. foll. 110 cm 41:28,5 saec. XV aut XVI ineuntis. Contulit Kroll.

D Palatinum 1418 chart. foll. 190 saec. XV. Contulit Kroll.

E Urbinatem 263 membr. foll. 171 cm 33:23 saec. XV. Contulit Kroll.

Ex isdem libris partem lacunae post 49,13 hiantis supplevimus (**CD** contulit Ziebarth); et in hac quidem
F parte adhibuimus etiam Vindob. 3195 chart. saec. XV, cuius lectiones exscripsit Hauler.

Neque in hac parte neque in extremo libro quarto codicum recentium errores omnes exscribere sustinuimus, satis tamen exscripsimus ut de uniuscuiusque codicis indole certum iudicium ferri possit. Haec igitur inspicito siquis cuius modi codices recentiores sint quaeret. Verum ne cui scoreis ac palea deae *Ματαιοπονίᾳ*, in hoc praesertim scriptore, sacrificare videremur, aliam inde a libro quinto viam ingressi sumus. Nam quoniam accuratius intuenti in duas stirpes ita discedere libros recentiores

apparet, ut ad alteram **AB**, ad alteram **CDE** pertineant, abiectis vitiis codicum peculiaribus utriusque stirpis archetypum reconcinnavimus; stirpis Germanicae (**AB**) auctorem littera *Γ*, stirpis Italicae (**CDE**) littera *Δ* signavimus; singulorum codicum lectiones nisi certis causis commoti non attulimus. Sed ut firmiore haec opera niteretur fundamento, Germanicae stirpis etiam tertium, Italicae quartum codicem adscivimus. Sunt autem ii: *Γ* *Δ*

Neapolitanus bibliothecae nationalis V A 17 saec. XV aut XVI. Benevolentissime contulit Hölk. **N**

Oxoniensis collegii Lincoln 114 saec. XV exeuntis. Lindsayo comiter intercedente contulit doctus quidam Anglus. **O**

Praeter codices excussimus editionem principem, cuius in fine legitur: *Impressum Venetiis per Symonem papiensem dictum biuilaqua 1497. die 13 Iunii.* Quae ex codice aliquo recentiore diligenter expressa est et emendationes continet haud spernendas; ut igitur discerni aliquo modo posset, quid e communi recentiorum archetypo, quid ex scribae vel editoris ingenio fluxisset, **A** et **v** contulimus et consensum littera **A′** notavimus. Attulimus autem varias lectiones non omnes, sed quae vetustae vel utiles esse viderentur. Inde ab initio libri quinti paginarum et columnarum editionis **v** initia margini adscripsimus. Magnum emendationum numerum nobis praestitit vel potius praeripuit Aldina, quae ex alio codice ac **v** annis 1497—99 excusa est. **v** **a**

Orthographica e vetustis tantum codicibus **MPR** enotavimus ac ne ex iis quidem omnia (*ti ci, ae ę e*) et in primo libro plura quam in sequentibus. Formas non adsimilatas restituimus, ubicunque in uno ex his codicibus tradebantur. Suppleta supra scripta id genus alia non indicavimus nisi ubi utile iudicaremus. $\mathbf{M}^a\,\mathbf{M}^b$ scripturas, $\mathbf{M}^1\,\mathbf{M}^2$ manus priorem et posteriorem designat; *ss.* supra scripsit, *im.* in margine, *ir.* in rasura, *uv.* ut videtur. Litteris *κ* et *σ* nostras coniecturas distinximus.

Haud raro contulimus locos ceterorum astrologorum Ptolemaei, Vettii Valentis inediti cuius apographo utimur Riessiano, Hephaestionis Thebani (qui e Dorothei carmine haud pauca servavit), Pauli Alexandrini, Maximi (ed. Ludwich) aliorum; nec non Salmasii de annis climactericis libro (ed. 1648) usi sumus.

Consentaneum est res amicorum communes esse; sed tamen commemorandum est hunc fasciculum a Krollio sic praeparatum esse, ut imprimi posset.

Gratiarum agendarum occasionem habemus haud exiguam. Ac primum quidem Franciscus Buecheler epistolicas quasdam nostras quaestiones tam benivole quam egregie solvit. Theodorus Mommsen autem et C. F. W. Mueller ne corrigendarum quidem plagularum taedium detrectantes de multis huius scriptoris locis insigniter meruerunt; quorum quod nomina hic illic detruncavimus (*Mo.* et *Mue.*) ignoscent speramus. De capitibus II 8. 9 a nobis interrogatus Carolus Manitius respondit. In codicibus conferendis qui suam nobis operam praestiterint, antea dictum est; adiungendus tamen iis cum debita gratia non Maximilianus Bonnet tantum quem non semel per litteras adiimus et Gottholdus Gundermann qui de codicibus quibusdam exteris nos certiores fecit, verum etiam praefecti bibliothecarum et huius urbis et exterarum.

Vratislaviae. **W. K. F. S.**

Index.

Incipiunt capitula librorum matheseos Iulii Firmici Materni Iunioris V. C.

Primus liber epistolam habet quid sit mathesis.

Secundus habet de duodecim signis.

II. De domibus stellarum.
III. De altitudinibus.
IV. De humilitatibus.
V. De decanis.
VI. De partibus signorum.
VII. De finibus.
VIII. De stellis quae per diem quae per noctem gaudeant.
IX. De formis stellarum.
X. De ortu stellarum.
XI. De Luna quid cui astro se iungens significet.
XII. De stellis quando sint matutinae.
XIII. De scematibus stellarum.
XIV. De moribus stellarum et quo tempore quas vires habeant.
XV. De stellis quando sint matutinae quando vespertinae.
XVI. De moribus signorum et natura et anaforis et quibus ventis subiactentur.
XVII. De duodechatemoriis.
XVIII. De octo locis et cardinibus.

1 *Indicem edidimus ex* **MRV**, *om.* **P**, *diversa habet* **Q** *ante libros II et III* 4 habet *om.* **V** 11 diem quae] diem aut **V** **22** duo dechatemoris **M**

13 antisiorum **R** 29 et *om.* **V** 32 ad nullum **A** *recte*

1 discernat **MR**[a]**V** 7 *et* 8 clematterici 13 deflutione **MR**

Conspectum damus codicum, quibus in quaque parte usi sumus:

1,1—3,20 **MPRV**	53,15—62,26 **PRV**
3,20—6,25 **MPV**	62,26—66,11 **MPRV**
6,25—21,5 **MPQV**	66,12—89,5 **MPRQV**
21,5—32,4 **MPQ**	90,1—213,18 **MPRV**
32,4—39,7 **MPRQ**	213,18—265,13 **MPR**
40,1—41,18 **PRQV**	265,13—269,19 **PR** (Darmst.)
41,19—49,14 **PRV**	269,19—278,16 **ABCDE**
49,15—53,14 **ABCDF**	279—280 **ABCDENO**

LIBER PRIMUS.

PROOEMIUM.

Olim tibi hos libellos, Mavorti decus nostrum, me 1
dicaturum esse promiseram, verum diu me inconstantia
verecundiae retardavit et ab isto scribendi studio du-
bia trepidatione revocavit, cum fragilitas ingenii mei
nihil se scire tale posse conciperet, quod dignum fore
tuis auribus iudicaret. Nam cum esses in Campaniae 2
provinciae fascibus constitutus, cuius te administra-
tionis merito maxima honoris dignitate nobilitas, oc-
curri tibi rigore hiemalium pruinarum et prolixi iti-
neris diversitate confectus. Illic tu languentis et fatigati
corporis mei senium enisus es fidis et religiosissimis
amicitiae relevare fomentis. Cum itaque ad pristinum 3
me statum solaciis ac medelis tuis sanitas restituta
revocasset, recolentes invicem pristinos actus et ad
memoriam revocantes honestas et varias sermonum
fabulas serebamus. Posteaquam de actibus ac de pro- 4
cessibus nostris confabulati sumus, scrutatus a me es,
sicut meministi, totius Siciliae situm, quam incolo et
unde oriundo sum, et omnia, quae veteres fabulae

Inscribunt Iulii Firmici Materni Iunioris matheseos (matheos **M**) liber primus incipit (incipit liber primus) **MPR** *unc.*, **V** *minusc.* | prooemium *addidimus* 4 diu me *ex* diuine **R** diuine **V** 8 campaniȩ: pa *ex* pi **R** 9 ạd te **P** 10 meritum—nobilitat **A′** | occurri **v**] occurrit 11 rigor **MV** 13 enixus **P**R^a 14 amicicịtiae **V** | reuelare **M** 17 sermon$\overset{u}{e}$m (em *ex*?) **P** 20 de t. S. situ **V** 21 oriundo] *cf. C. F. W. Mueller Abh. f. Friedländer* 545^4

prodiderunt, cum verae rationis explicatione quaesisti: quid velit esse Scylla, quid Charybdis, quid concurrentium in freto fluctuum turbulenta confusio, quos disiuncta ac separata maria certo horarum tempore ac spatio contraria undarum collisione coniungunt; quid faciant ignes, qui ex Aetnae vertice erumpunt, quae natura eorum quaeve substantia, ex qua origine sine iactura montis tanta proficiscantur et anhelent incendia; qualis sit lacus, qui prope alveum Symaethini amnis ostenditur, cui Palicus nomen est, qui semper crassitudine lurida sordidus liventibus spumis obatrescit et strepente coniugio stridulus argutum murmur exibilat. Cetera etiam omnia mecum recolens et requirens, quae tibi a primo aetatis gradu et Atticae et Romanae litterae de admirabilibus provinciae Siciliae tradiderunt, ad ultimum ad Archimedis sphaeram sermonis atque orationis tuae ordinem transtulisti ostendens mihi divini ingenii tui prudentiam atque doctrinam: quid novem illi globi, quid quinque zonae, quae diverso naturarum genere colorantur, quid duodecim facerent signa, quid quinque stellarum sempiternus error operetur, quid Solis cotidiani cursus annuique reditus, quid Lunae velox motus assiduaque luminis vel augmenta vel damna, quantis etiam conversionibus maior ille quem ferunt perficeretur annus, qui quinque has stellas, Lunam etiam et Solem locis suis originibusque restituit, qui mille et quadringentorum et sexaginta et unius anni circuitu terminatur;

2 scilla **V** | charibdis **P** 4 separati **P** 6 faciant] *Iuv. 8. 1, Gierig ad Plin. ep. V 19. 3, medicorum usum (medicamentum* facit multum, nihil) *cfrt. Mueller* | aethnae 7 quaue **V** 8 iactura: u *ex* a **P** | proficiscuntur **P**[a] 9 symethini **MPR** simethini **V** 12 abatrescit **PR**[a] | convicio *O. Jahn Philol. I 648* confligio *Haupt op. III 324* 15 ammirabilibus **V** 16 speram **M** speram **PRV** 17 sermonem, *corr.* **A′** | transtulisi **M** 18 ostendes **V** 21 sempiternus: nus *ex* num **P**[2] 22 cottidiani **R** 24 dampna **PV** | quantas **M** 26 lucis **P**[a] |

quae ratio orbem lacteum faciat, quae defectionem Solis ac Lunae; cur septentriones numquam caeli rotata vertigo ad occidentem transferat orientique restituat; quae sit aquiloni pars terrae, quae vero austro subiecta; quae ratio terram ipsam in media parte positam librata aequabilitatis moderatione suspendat; quatenus Oceanus, quod quidam Atlanticum aiunt mare, terrae spatium in modum insulae undarum suarum circumfusione concludat. Haec cum omnia 6
mihi a te, Mavorti ornamentum bonorum, facili demonstrationis magisterio traderentur, ausus sum etiam ipse aliquid inconsulti sermonis temeritate proferre, ut promitterem tibi editurum me, quicquid Aegypti veteres sapientes ac divini viri Babyloniique prudentes de vi stellarum ac potestatibus divinae nobis doctrinae magisterio tradiderunt. Fui itaque, sicut ipse novi, 7
in ista promissione temerarius et me, ut verum tecum loquar, frequenter severa obiurgatione reprehendi cupiebamque, si permitterer, mutare promissum; sed trepidationem meam hortatio tui sermonis erexit coëgitque aggredi, quod frequenter ex desperatione deserui. Nam cum tibi totius Orientis gubernacula domini atque imperatoris nostri Constantini Augusti serena ac venerabilia iudicia tradidissent, nullum praetermisisti tempus, quo non a nobis exigeres, quod tibi inconsulta pollicitatione promisimus. Proconsuli itaque 8
tibi et ordinario consuli designato promissa reddimus orantes ac veniam postulantes, ne in istis libris pondus et gratia perfectae orationis, tractatus maximi aut graves firmaeque sententiae a doctrinae atque elo-

cf. Schneider ad Colum. III 6, 4 1 ration P 2 septemtriones P 6 positam ϰ] compositam 7 quatinus M | athlanticum 10 maiorti[u] M | bonorum] nostrum ϰσ 11 sum *ss.* P 13 aegipti V 14 babiloni[i]que P babiloniique R 20 trepi- *des.* R *f. 2*[r] 22 totius v] potius MV pocius P 30 graves] grandes P

quentiae tuae iudicio requirantur. In nobis tenue ingenium et sermo subtilis et, quod vere confitendum est, matheseos †permodica; quae omnia cum nos varia desperatione turbarent, adgressi sumus tamen scribendi laborem, ne, licet in arduis ac difficillimis promissionibus constituti, prudentiae tuae, Lolliane, doctissima iudicia falleremus.

I.

1 In vestibulo itaque orationis atque in ipsis prin-
cipiorum primordiis constituti nihil aliud agere debe-
mus, nisi ut his respondeamus, qui totam vim mathe-
seos multiplici orationum genere labefactare conantur,
qui sententiis ac disputationibus suis omnem philo-
sophiam divinamque scientiam putant se posse elati
sermonis auctoritate perfringere. Quos, sicut ego iu-
dico et sicut ipsis rebus probatur, non infirmitas ip-
sius falsitasque doctrinae, sed contradicendi studia
sollicitant, ut certis ac definitis rebus, quas non tantum
animo ac ratione cernimus, sed ipsorum oculorum acie
et iudicio conspicimus, argumentatione pugnacis licen-
2 tiae resistatur. Hi namque nimis altis ac subtilibus
disputationibus suis ex ipsis primo mathematicorum
responsis quasi per cuniculum quendam ad labefactan-
dam hanc totam scientiam conantur inrepere; qui
quanto vehementius pugnant quantumque persuadendi
vias quaerunt, tanto fidem astrologiae vehementius
3 fortiusque confirmant. Neque enim esset eius vera
substantia, nisi contra eam tantis argumentorum viri-
bus niterentur. Nec hoc est admiratione dignum, cum
sciamus inter ipsos quanta sit ⟨de⟩ ipsa deorum na-

2 subtilis] subexilis *Mommsen* 3 peritia modica *de Winterfeldt* permodicum *ab usu dicendi alienum* 4 aggressi **MV** 5 dificillimis **V** 13 *post* suis *ras. 1 litt.* **M** | philosophyam **M** phylosophiam **P** 15 perstringere **M** 19 ac] et **V** 21 hii **PV** 25 persuadenti **P** 26 *post* tanto *eras.* q? **M** 29 ammiratione **V** 30 ipsa deorum naturae **MPV**, *corr.* **A'**

tura dissensio quantisque disputationum argumentis vim totam divinitatis conantur evertere, cum alii deos ⟨non⟩ esse dicant, alii esse quidem, sed nihil procurare definiant, alii et esse et rerum nostrarum curam procurationemque suscipere, et tanta sint hi omnes in varietate et dissensione versati, ut longum et alienum sit, hoc praesertim tempore cum aliud opus adgressi sumus, singulorum enumerare sententias. Nam alii 4
et figuras his pro arbitrio suo tribuunt et loca adsignant, sedes etiam constituunt et multa de actibus eorum vitaque describunt et omnia, quae facta et constituta sunt, ipsorum arbitrio regi gubernarique pronuntiant; alii nihil moliri, nihil curare et ab omni administrationis cura vacuos esse dixerunt; afferuntque omnes verisimile quiddam, quod auditorum animos ad facilitatem credulitatis invitet. Quae vero de ani- 5
mae inmortalitate dicta sunt, divini illius Platonis et acerrimi atque ardentissimi Aristotelis contraria sibi ac repugnantia dicta demonstrant; nam de bono ac malo diversae inter se mobilesque sententiae. Quarum 6
explicationem nunc praetermittendam puto; neque enim hoc genus disputationis intravimus nec ad haec refutanda vel confirmanda animum nostrum consiliumque formavimus, sed omnia haec ideo brevi oratione perstrinximus, ut contradicentium contentiosa commenta cunctis hominibus patefacto sui studio panderentur. Libet itaque censere, quae de mathesi dicant, 7
et curae est omnia, quae ab illis dicta sunt, brevi oratione perstringere; explicaturi enim matheseos atque astrologiae substantiam non debemus diutius in alienis operibus immorari.

ipsa ⟨de⟩ d. n. *Mommsen* 3 non *add.* **A'** 4 diffiniant **V** 5 hii **PV** 7 aggressi **MV** 8 alii] et alii **V** 9 figuram **P** | assignant **MV** 13 ali **P** | amministrationis **V** 14 asseruntque **Vv** 16 de imm. an. **V** 18 aristotilis **V** 19 *locus subobscurus*

II.

1 Primo itaque de moribus hominum coloribusque
conveniunt dicentes: „Si stellarum mixturis mores hominibus
coloresque tribuuntur et quasi quodam picturae
genere atque artificio stellarum cursus mortalium corporum
liniamenta componunt, id est si Luna facit
candidos, Mars rubeos, Saturnus nigros, cur omnes in
Aethiopia nigri, in Germania candidi, in Thracia rubei
procreantur, quasi Luna et Mars in Aethiopia vim
suam viresque non habeant et potestatem suam fingendique
licentiam in Germania ac Thracia Saturni
2 deserat stella?“ De moribus vero illud addunt: „Si
Saturnus facit cautos graves tardos avaros ac tacitos,
Iuppiter maturos bonos benignos ac modestos, Mars
crudeles perfidos ac feroces, Sol religiosos nobiles ac
superbos, Venus luxuriosos venustos et honesto gratiae
splendore fulgentes, Mercurius astutos callidos et
concitati animi mobilitatibus turbulentos, Luna acutos
splendidos elegantes et popularis splendoris gratia
praevalentes, cur quaedam gentes ita sunt formatae,
ut propria sint morum quodammodo unitate perspi-
3 cuae? Scythae soli inmanis feritatis crudelitate grassantur,
Itali fiunt regali semper nobilitate praefulgidi,
Galli stolidi, leves Graeci, Afri subdoli, avari Syri,
acuti Siculi, luxuriosi semper Asiani ⟨et⟩ voluptatibus
occupati, [et] Hispani elata iactantiae animositate
4 praeposteri. Ergo Scytharum rabiem numquam mitigat
Iuppiter, nec Italis Sol aliquando denegabit imperia,
nec levitati Graecorum Saturni stella pondus

3 myxturis **M** 8 aethyopia **P** (*idem* 9 *cum* **M**) | trachia **MPV** 11 germaniam **MPV** | tratiam **M** traciam **PV** 14 Iupiter **V** 15 religios **V** 16 honestos, *corr.* κσ 18 molitatibus **P** 22 scithae **V** scyte **P** | sol$\overset{i}{\text{ę}}$ **P** | immanis **V** | crassantur **PV** 23 regali|li **V** 24 grec$\overset{i}{\text{ę}}$ **P** | affri **V** | siri **V** 25 Siculi *inc.* **Q** *f.* *2*ʳ | et *add.* **v** 26 et *del.* **A'** 27 scitarum **Q** scitharum **V** 28 iupiter **QV**

imponit, nec Asiana lascivitas sobria Iovis moderatione
corrigitur, nec Siculorum acumen frigido ortu ali-
quando Saturni obtundetur, nec Syrorum avarities
lascivis Veneris radiationibus temperatur, nec Afrorum
malitiosa commenta et bilingues animos salutare Iovis
sidus impediet, nec Hispanorum iactantiam pigrum
poterit Saturni lumen hebetare, nec Gallicam stolidi-
tatem Mercurii sapientissimum sidus exacuet." Illa 5
vero ipsorum inter ea potentissima et vehementer
contra nos posita peroratio est, quod aiunt ex istius
artis instituto omnia ex rebus humanis virtutum offi-
cia tolli, si temperantia fortitudo prudentia iustitia
stellarum decretis, non nostris adscribuntur volunta-
tibus; iam si quis societatis caritatisque vinculum ru-
perit et conciliationis humanae iura neglexerit totum-
que se feritati perfidiaeque tradiderit, facinus suum
et animi perversas cupiditates securus stellarum iudi-
ciis adscribat. „Sit iniquus, sit perfidus, sit malivolus, 6
sit inreligiosus, quia haec vitia mala Mercurii cum
Marte perfecit constellatio! Cur animum nostrum
fortitudinis studio roboramus, cur erecta mente sub-
limique constantia et divinarum virtutum magisterio
formati in acerbis casibus constituti mortem dolores-
que contemnimus, si gloriae laudem et potentissimae
dignitatis insignia nec adpetentibus nobis Sol Iovis
bona coniunctionis societate largitur? Frustra igitur 7
consilio ac ratione errantis animi vitia comprimimus,
frustra luxuriosas libidinum illecebras temperamus,
frustra gravitatis instinctu aequitatis modestiam iura-

1 asciana **P** 3 obtundet **MPV** | sirorum **QV** 4 affrorum **QV** 6 sydus **M** (*idem* 8) | hyspanorum **P** 7 stolitatem **Q** 8 Mercurius **M**^{a}**PQV** | excutiet neque exacuet **Q** 9 interea *diremit* κ *dubitans* | *cf. Boll, Stud. über Ptolem. 240* 13 scribuntur, *corr. Monac.* tribuuntur **A′** | uoluptatibus **MPQ** 14 nam **v** | societatis *bis* **Q**, *prius del.* 17 cup. peru. **Q** 18 ascribat **MV** 19 irreligiosus **V** | mala **v**] male 24 contempnimus **PQV** | potentissimus **M**^{a} 25 appetentibus **MV** 26 *possis* societate ⟨adornatus⟩ 27 comprimuntur **P** 29 grauitates **P**^{a}

que conquirimus, si Mercurius Iovis ac Lunae bonis
radiationibus temperatus ad desideria nos et cupidi-
8 tates istius virtutis inflammat.“ Etiam singulos ho-
mines hac disputationis oratione conveniunt: „Frustra
habes, o bone vir, dilectum bonarum rerum ac malarum
fugiendi cupiditatem! Quid te honestis provisionibus
ac diligentiae suffragiis munis, si totum hoc tibi
non scientia, sed aut Saturnus praestat aut Iuppiter?
Contemnamus, si videtur, deos et religionum sanctas
venerabilesque caerimonias sacrilego desperationis ar-
9 dore publicemus! Quid invocas, arator, deos? Sine
cura numinis tui ingenio segetis sulcus aequatus est.
Tu qui per aperta iuga olivarum [in] aciem distinctis
componis ordinibus, frustra devoves vitium palmites
Libero tuo religiosa cum trepidatione, cuiusquam si
sine praesidio divinitatis stellarum cursu aut dene-
10 gantur aut dantur. Tu qui promulgas leges ac iura
sancis, tolle scita, refige tabulas et istis nos severis-
simis animadversionibus libera: illum sacrilegum Mer-
curius, ut mathematici volunt, illum adulterum Venus
fecit; illum ad neces hominum Martis sidus armavit,
illum mutare tabularum fidem, illum venena miscere,
illum quiescentium securas animas et iam Lethaei flu-
minis oblivione purgatas Mercurius cogit nefariis car-
11 minibus excitare. Ecce ille incestis inflammatur ar-
doribus, illum vides puerorum complexibus inhae-
rentem: causam huius tanti mali Marti tribuimus aut
Veneri. Ille te iubente manu carnificis sine causa
percussus est, in illum per PR. dicta sententia est:

4 dispositionis P uta *ss. rubr.* 5 delectum V 6 fugienti P[a] 8 tibi nec scienti (nesc. v) aut A' | iupiter QV 9 contempnamus 12 cultus V 13 oliuarum A'] oliuum | aciem *x*] in aciem MP maciem V in ordinem Q olivas in aciem *Escor.* 15 con *ss.* cum Q | tepiditione (r, a *supra*) (t *prius ex* c) P 18 sanccis Q | scyta P | refringe V 21 sydus MPV 24 coegit *Escor.* 25 incestis *om.* M | inflammantur P 27 tanti m. huius M. aut V. tribuibus Q 29 per PR.] perperam A

si non suo studio, sed stellarum vitiosa coactus est
radiatione peccare, non habetis, magistratus, iustam
animadvertendi substantiam, quia scitis nos ad ista
vitia malignis stellarum semper incitari fomitibus".
Haec atque alia simili oratione componunt quaerentes, 12
utrumnam stellas animantes an inanimantes esse di-
camus, ut istius quaestionis conclusione confusi diffi-
cile animi nostri iudicium sententiamque promamus;
quicquid enim horum dictum fuerit, syllogismorum
aculeis in contrarium vertunt, ut ad arbitrium ipsorum
constrictus respondentium sermo consentiat.

III.

In quibus rebus et disputationibus ingenia quidem 1
nos eorum laudamus, propositum vero institutumque
vitamus, quia nobis fidem suam astrologia respon-
sionum apotelesmatumque divinis ac manifestissimis
auctoritatibus comprobavit. Addunt etiam quidam, ut 2
nobis ex aliqua parte consentiant et ut eblandito con-
sensu totam istam scientiam dubitationis desperatione
exturbent, habere quidem doctrinam istam vim maxi-
mam, sed ad liquidum propter partium minutorumque
brevitatem ac velocissimum siderum cursum caelique
pronum rotatae vertiginis lapsum neminem pervenire
posse confirmant, ut ista eorum veri simili definitione
sermonis totius scientiae substantia subruatur. Nos 3
vero, licet sit nobis tenue ingenium et angustae ora-
tionis paene inefficax sermo, cum deberemus ipsius
rei veritate refutare quae dicunt et responsionum
apotelesmatumque constantia divinae istius scientiae
confirmare praecepta, respondebimus tamen a te, decus

1 suo *ex* sine **V** | coactus est uit. **Q** 4 initia **V** 5 talia κ | ratione v 6 an inanimantes *om.* **M** 7 difficili σ 9 syllogysmorum **P** sill. **V** 11 constrictius, *corr.* **A'** 15 notamus *Kelber* vituperamus *Dressel cf. de err. 76, 25* 18 aliqua v] alia 19 istam *geminat* **V** 20 exturbant **Q** 21 minutorumque *Dressel*] minutarumque 22 syderum **MP** 24 diffinitione **V** 29 constantię **P**

nostrum Lolliane, veniam postulantes, ut in refuta-
tionibus omnibus veritatis fides, non orationis splendor
4 ac substantia requiratur. Et primum quidem vellem,
ut profiteretur iste vehemens mathematicorum accu-
sator, qui artem istam tam elata oratione persequitur,
utrumnam cepit aliquod ipsius scientiae experimentum,
an sciscitanti ei nemo vera respondit, an vero asper-
natus audire et sperans aures suas istis responsionibus
pollui severus et vehemens et totius quodammodo divi-
nitatis iura perturbans argumentorum suorum acu-
5 leos licentia exercitati sermonis exacuit? Si quaerenti
ei vera responsa sunt et respondentis sententiam fides
secuta est veritatis, cur notat, quod admirari debuerat?
cur divinam scientiam proditoris animo perfidus accu-
6 sator inpugnat? Si vero erraticis responsionibus is,
qui mathesin se scire profitebatur, non potuit implere,
quae dixerat, et responsa eius mendacia promissionis
inmaculant, imperitia illius temeritasque pulsanda est
et fallax infamanda promissio; omni enim malo dignus
est, quod per illum stet, ut praeclarae artis studium
7 falsis responsorum mendaciis obumbretur. Qui vero
quaerere aliquid aut audire noluit nec iudicium aurium
suarum vera respondentibus commodavit veritus sci-
licet, ne rigidas eius cogitationes fides veritatis in-
fringeret, inique facit, si notandum putat, quicquid
†potuit vel non potuit obtusa mentis intentione per-
cipere; iniusti sunt enim semper, sicut novimus, iudices,
qui de incognitis sibi pronuntiant rebus, et non habet
iudicandi auctoritatem, qui ad statuendum aliquid im-
perita licentia temeritatis adducitur nec ad effectum

4 accussator **P** 6 ceperit **v** 8 spernens *Paris. Escor.* | istius **V** 13 ammirari **V** 15 impugnat **M** 17 ei **P** 18 immaculant **P** (īm-) **QV** 20 stet] fiet **A'** *nempe* stat 21 obunbrentur **Q** 23 *post* suarum *add.* ueris responsionibus et **Q** | comodauit **Q** 25 quicquid noluit *σ an* potuit vel *del.*? vel obt. m. int. non pot. *aut transponendum aut certe intellegendum videtur*
b c a
Mommseno 27 enim semper sunt **P** 30 nec *ex* neque **V**

sententiae examinatis partium allegationibus profertur.
Unde, si inpugnat is, qui a prudentissimo mathema- 8
tico et audivit aliquid et credidit et probavit, mali-
tioso mentis instinctu et pugnaci studio notabilia con-
tradicentis vota concepit; si vero interroganti ei im-
peritus professor falsa respondit, non mathesis, sed
hominis fallax ac temeraria notetur inscientia; qui
vero nec audire voluit nec iudicare, frustra sibi pro-
nuntiandi vindicat partes, quia eius rei, cuius experi-
mentum capere noluit, non est idoneus, ut possit no-
tare substantiam.

IV.

Quod vero nos in isto studio quidam opposita 1
scientiae eius difficultate deterrent, libenter amplecti-
mur. Vere enim sunt res arduae atque difficiles et
quas non facile possit animus terrenis sordium laqueis
impeditus, licet ipse ignea sit divinitatis inmortali-
tate formatus, facili inquisitionis ratione percipere.
Divinitas enim eius, quae sempiterna agitatione susten- 2
tatur, si in terreno corpore fuerit inclusa, iacturam
quandam divinitatis suae patitur temporalem, cum vis
eius atque substantia coniunctione et societate ter-
reni corporis et assidua dissolutione mortalitatis hebe-
tatur. Unde fit ut omnia, quae ad investigationem
divinarum artium pertinent, difficili semper nobis
cognitione tradantur. Quapropter, quia nos libenter 3
ac facile in ista parte consensimus ostendentes, cur
divinae res difficili inquisitione cernantur, confiteatur
etiam ipse necesse est, quod animus, qui inmortalis
est, si a vitiis ac libidinibus terreni corporis fuerit
separatus ac suae originis et seminis conscientiam re-
tinens vim suae maiestatis agnoverit, omnia, quae

1 alligationibus **M** | proferuntur, *corr.* *κσ* 2 impugnat **M** | qui **a**] quia **P** 4 contradicendi **A'** 17 immortalitate **MV** 22 coniuctione **V** 29 immortalis **MV** 31 conscientiam *κ*] constantiam *cf. Plin. II 95 Achill. 124*[b]

difficilia putantur atque ardua, facile divina mentis
4 vestigatione consequitur. Dic mihi: quis in caelo iter
maris vidit? quis ex attritu lapidum scintillam latentis
ignis excussit? quis potestates cognovit herbarum?
cui se tota natura divinitatis et ostendit et prodidit
nisi animo, qui ex caelesti igne profectus ad regimen
et ad gubernationem terrenae fragilitatis inmissus est?
5 Ipse et huius scientiae rationem, ipse computos tra-
didit, ipse Solis ac Lunae et ceterarum stellarum, quae
a nobis errantes, a Graecis vero planetae dicuntur,
cursus regressus stationes societates augmenta ortus
occasusque monstravit et in fragilitate terreni cor-
poris constitutus brevi maiestatis suae recordatione
6 haec omnia ut traderet non didicit, sed agnovit. Ecce
cognoscitur et invenitur, quo in signo Saturni gaudeat
stella et quando frigus eius fomento alieni ardoris in-
calescat; ecce motus et cursus eius per dies singulos
horasque colligimus; praedicimus etiam, quando retro-
gradus ad stationem pristinam revertatur, quando tar-
ditatis eius pigros cursus regali maiestatis auctoritate
vicinum Solis lumen exagitet, quando profectus ab eo
Solis ardor tardae agitationis quietam tribuat potesta-
tem, post quantum tempus ad eandem signi par-
tem, unde semel recesserat, pigra rursus molitione
7 perveniat. Haec et in Iovis stella eadem ac pari ra-
tione cernuntur; licet enim breviori temporis spatio,
simili tamen etiam ipsa per XII signa agitatione per-
currit. Mars etiam, quem vides ignitis fulgorum ar-
doribus sanguinolentum et minaci luminis coruscatione
terribilem, ecce cum ad Saturnum, cum etiam ad eius
venerit domum, ignes eius natura alieni frigoris tempe-

1 putantur **A'**] sunt curantur 2 uestigiatione **P** 3 Martis *Dressel; lunam atque aestum maris dicere videtur Mommseno* 5 *cf. Manil. II 115 sqq.* 7 immissus **P** 8 compotos **PQV** 11 ornatus **M** 14 *cf. VIII fol. CIII col. 2 in.* 20 pigros regali cursus **P** 21 exagittet 22 agitationi, *corr. κσ* 24 mollitione **P** 27 ipsa *post* agitatione **Q** 28 fulgorum **A'**] fulgurum 29 choruscatione **P** 30 ad Saturni humectam uenerit **A'**

rantur et, licet sint incitatiores huius sideris cursus,
eadem tamen etiam ipsi ratione cernuntur. Veneris etiam 8
et Mercurii cotidiana nobis obsequia monstrata sunt;
hae enim stellae brevi interiecto spatio circa Solis
orbem currunt pariter aut secuntur aut una sub-
sequens stella alteri praeeundi concedit obsequia. Sci-
mus, quando vespertino, quando matutino ortu nobis
appareant, quando Solis orbe absconsae lateant, quando
ex radii eius splendore liberatae lucido sui nitore prae-
fulgeant. Quid de Lunae vobis cursu videtur? quam 9
dicimus, quando supplementis sollemnibus attriti orbis
nutriat damna, quando pauperata luminibus iacturam
propriae maiestatis agnoscat. Haec enim cum vicina
Soli sive crescens sive deficiens fuerit, radios luminis
sui quasi Solem venerata submittit, ut fraternis igni-
bus rursus ornata, cum longiores cursus sui fecerit
metas, renata fulgidi splendoris ac renovata luminis
ornamenta circumferat. Ecce aliud maius addiscimus, 10
quod cum acciderit imperitos homines monstruosa
semper timiditate perturbat, cum Sol medio diei tem-
pore Lunae radiis quasi quibusdam obstaculis impe-
ditus cunctis mortalibus fulgida splendoris sui denegat
lumina (quod Optati et Paulini consulatu, ut de re-
centioribus loquar, cunctis hominibus futurum mathe-
maticorum sagax praedixit intentio), quando rursus
Luna terrenarum altitudinum adumbrata regionibus si-
mili ratione deficiat, quod frequenter fieri lucidae noctis
serenitate pervidimus.

Haec omnia mathematicorum collegit ingenium 11
et computatione sollerti divinae dispositionis secreta
perdidicit. Vellem itaque mihi tu, quicumque es, quae-

1 syderis **MP** 4 hęę **P** heę **Q** | *cf. Hultsch, Neue Jahrb. 153, 309* 5 sequuntur **MQ** 9 radiis, *corr.* **A'** 11 sollempnibus **P** solempnibus **QV** 12 nuntiat **PQ** | dampna **PQV** 17 *nempe* renovati 20 tempore diei **P** 21 impeditus **A'**] perditus 23 *fuit a. d. XVI. kal. Aug. a. 334* 26 erectionibus *κ* 29 collegit **A'**] colligit 30 dispositionis *κ*] disputationis

renti ea respondeas, quid difficilius putes esse, cursus
siderum invenire, quos nunc inventos exposui, qui
modo per altum, modo per latum, modo per demersum
feruntur, qui nunc se austri, nunc aquilonis regionibus
ac flatibus iungunt, nunc decedunt, nunc absconduntur,
nunc directo cursu, nunc retrogrado, nunc stativa tar-
ditate subsistunt et intentionem quaerentium ex ista
cursus sui varietate confundunt, an inventis stellarum
cursibus definire postea, quid per omnem terrarum
12 tractum mixtura ipsarum radiatioque perficiat? Qui
enim ad consentiendum ipsa rationis veritate com-
pelleris, quod cursus hos siderum adsidua observatione
computationis invenimus, consentias [oportet] necesse
est, quod invento stellarum cursu facile postea officia
ipsarum potestatemque videamus. Difficilia sunt enim
semper et ardua, ad quae rudes et indocti inconstantia
trepidationis accedimus, nec facili possumus consequi
ratione, quicquid non praecedentia nobis magisteria
13 tradiderunt. Sic prima litterarum signa cum quadam
fastidii aspernatione cognoscimus, sic in incognito iti-
nere constituti in primis vestigiis paene deficimus;
vides ut primos discentes computos digitos tarda agi-
tatione deflectant; illum quem vides natantem ex cre-
bra submersionis trepidatione deficere, post paululum
assidua brachiorum agitatione firmatus per summas
elapsus undarum spumas facili se mobilitatis levitate
suspendit; quoniam haec omnia, id est litteras com-
putum musicam ceteraque quae discimus, tunc facili
ratione percurrimus, cum primae originis viam con-
14 firmata ingenii conceperit disciplina. Ergo quia con-

1 ea *del. cf. de err. 79, 7* 2 syderum **MP** | explicui **Q** 6 *possis* retrogrado ⟨moventur⟩ 9 diffinire **V** 10 myxtura **M** 11 rationis v] radiationis | conpelleris **Q** 12 syderum **P** | assidua **MQV** 13 compu|tionis **M** | *del. 6 cl. de err. 79, 26* 15 *post* enim *eras.* et **M** 16 quae] quem **P** 17 facile, *corr.* ϰ 22 compotos **QV** 25 firmatos **P**[a] 26 undarum elapsus **V** | mobilitates **Q**[a] 27 compotum **QV** 29 comprime **P** 30 conconceperit **M** ceperit uel conceperit **Q**

stat difficilius fuisse invenire stellarum cursus quam definire, quid faciant (de invento enim earundem cursu nulla dubitatio est, quem volentibus discere primum calculo, deinde ipsa oculorum visione monstramus), quid inpugnatis scientiam, cuius principiis ac parti consentientes totam eius substantiam roboratis?

V.

Sequitur, ut de coloribus ac moribus disputemus 1
et omnem istum calumniosae quaestionis locum veris
argumentorum viribus refutemus, ut discussis omnibus
atque purgatis securi ad ipsius scientiae venerabilia
secreta veniamus. „Cur, inquit, omnes in Aethiopia 2
nigri, in Germania candidi, si figuras hominibus et
colores stellarum cursus diversa radiationis com-
mixtione largitur?“ Oportebat quidem nos in ista 3
quaestionis parte copiosa oratione pugnare, ut astuta
et calumniosa commenta adulterini sermonis viribus
vincerentur, sed coartavimus omne dicendi studium
solis veritatis viribus ⟨freti⟩, ne copiosae orationis
illecebris affluentiaque sermonis et argumentationis
licentia captas iudicantium aures ad falsarum opi-
nionum ineptias transferamus. Et primum quidem 4
vellem, ut quaerenti mihi respondeat, an in hoc ipso
populo, in quo nunc constituti sumus, una sit om-
nium hominum similisque forma, licet sit omnium
una natura. Opinor hoc eum esse dicturum, quod 5
omnes cives nostri dissimili sint vultus varietate for-
mati nec eadem est omnium similisque forma; et si

1 diff. inu. stellas fuisse et st. c. **Q** 2 diffinire **V** 3 quem **a**] quam 5 impugnatis **MV** 6 explicit prologus *rubr. unc.* **P** 9 calumpn- **PQV** (*idem* 17) 12 inquid **PV** | aethyopia **MP** 17 *adulti **A′** *cf. V pr.* 19 ⟨freti⟩ *κ* | *post* orationis *repetit* uiribus **V** *sed del.* 20 inlęcebris **P** | afluentiaque **M** 23 respondeat] *cf. de err. 79, 7* 24 una sit] inuasit **V** 25 hominum *del.* **v** 26 eum hoc **V** 27 dissimili **A′** | dissimilis **PQV** dissimiles **M**

dubitat, quod non opinor, aspiciat, cum in unum se
locum totius populi multitudo collegerit, quod in
theatris vel in contionibus fieri consuevit, et oculorum
suorum aciem iudiciumque ad formam totius trans-
ferat turbae et ostendat mihi, si potest, duos saltem
aliquos in tantis milibus hominum, qui isdem ac si-
milibus membrorum liniamentis videantur esse formati.
Prodeant simul patres liberi fratres, et cum sit om-
nium necessitudo sanguine iuncta, diversa tamen for-
marum designatione cernuntur; nec invenitur aliquis
⟨alteri⟩ ita similis, ut non vultus eius ab alterius
6 vultu ex aliqua parte dissentiat. Unde constat ge-
neris quidem nostri substantiam et ipsam nudi ac
solius corporis formam ex quattuor elementorum com-
mixtione providi numinis artificio esse formatam, co-
lores vero nobis ac formas, mores etiam et instituta
de nulla re alia nisi stellarum perenni cursus agita-
7 tione distribui. Habent enim stellae proprium sensum
divinamque prudentiam; nam puro divinitatis animatae
conceptu summo illi ac rectori deo, qui omnia per-
petua legis dispositione composuit ad perennis pro-
creationis custodiendum ordinem, infatigabilibus con-
8 sensionibus obsecuntur. Nec enim est aliquis homo,
quem tam sacrilega desperatio temeritatis exagitet,
ut in terra, ubi omnia videt esse mortalia, dicat esse
prudentiam, illic vero, ubi omnia inmortalitate per-
petuitatis ornantur, non prudentiam esse, non rationem
aut provisionis ordinem obstinata mentis animositate
9 definiat. Quis dubitat, quod per has stellas terrenis
corporibus divinus ille animus necessitate cuiusdam

3 contionibus **A'**] coniunctionibus 4 aciem oculorum suorum **Q** | ad totam formam **Q** 6 hisdem **MQ** 7 menbrorum **V** 9 sanguinis, *corr.* **A'** 11 *add.* σ 13 istam ipsam **Q** 14 quatuor **MV** 17 perhenni **PQV** 19 prudentia **Q**[1] 20 perpetuae **Q** 21 ac **MV** | perhennis **PQV** 22 costodiendum **V**[a] 24 temeritate, *corr.* **v** | *cf. Galen. IV 358 K.* 26 ibi **M**[a] | immortalitate **MQV** 29 diffiniat **V**

legis infunditur, cui descensus per orbem Solis tribuitur, per orbem vero Lunae praeparatur ascensus?
Mens enim illa divina animusque caelestis per omne 10
mundi corpus in modum circuli collocatus et nunc intrinsecus, nunc extrinsecus positus cuncta regit atque componit et propriae originis generatione conceptus ad procreanda et conservanda omnia ignita ac sempiterna agitatione perpetuatur nec hoc officium aliqua fatigatione deponit, ut se ipsum atque mundum omniaque, quae intra mundum sunt, perpetua sui atque infatigabili mobilitate sustentet. Ex hoc animo 11
hi sempiterni stellarum ignes, qui globosae rotunditatis specie formati circulos suos orbesque celeri festinatione perficiunt, maiestate divinae illius mentis animati partem animi ad terrena corpora transferunt et spiritum ex illis perpetuis animi fomitibus mutuantur.
Hac ratione immortalis animus in nobis caducam ter- 12
reni corporis fragilitatem confidentia suae maiestatis exornat, ut et ipse auctori suo originique ex aliqua parte respondeat, qui diffusus per cunctas animantes, quae terrena conceptione gignuntur, facit, ut divino animatae fomento perpetua generationis propagatione vivescant. Quare nunc cum simus cum stellis quadam cognatione coniuncti, non debemus eas sacrilegis disputationibus propriis privare potestatibus, quarum cotidianis cursibus et formamur pariter et creamur.

VI.

Unde, quod tu per nos fieri posse definis, ut ho- 1
mines a cultu deorum religionumque profano mentis

1 *cf. Kroll de or. chald. 47. 59* 4 et—5 positus *om.* M 6 disponit et componit Q 7 et *ante* ad *eras.* V | procuranda, *corr.* v 8 perpetuatur *Némethy*] perpetua (perpetuat v) 9 ipsum atque ipsum V 12 hii Q bi V 14 animatę, *corr.* A′ 16 fomitibus animi Q 17 inmortalis Q 19 adornat Q 22 perpetuę, *corr.* A′ 26 formantur—creantur MV 28 diffinis PQV 29 prophano V

furore revocemus, qui omnes actus nostros divinis
stellarum dicimus cursibus confici, falleris et con-
trarium putas et a vera ratione dissentis. Nos enim
timeri deos, nos coli facimus, nos numen eorum
maiestatemque monstramus, cum omnes actus nostros
2 divinis eorum dicimus agitationibus gubernari. Cola-
mus itaque deos, quorum se nobis origo stellarum
perenni agitatione coniunxit, et maiestatem eorum
gens humana supplici semper veneratione suspiciat;
invocemus suppliciter deos et religiose promissa nu-
minibus vota reddamus, ut confirmata animi nostri
divinitate ex aliqua parte stellarum violenti decreto
3 et earum potestatibus resistamus. Hoc debere nos
facere vir divinae sapientiae Socrates docuit; nam
cum quidam ei de moribus suis cupiditatibusque
dixisset, quas ille simili ratione collegerat: „Sunt, in-
quit, ut dicis; agnosco, confiteor"; et vir prudentissimus
latentia facili confessione detexit. „Sed haec, inquit,
omnia a me prudentiae ac virtutum auctoritate supe-
rata sunt, et quicquid vitii ex prava concretione
corpus habuit, animi bene sibi conscia divinitas tempe-
4 ravit." Hic intellegi datur stellarum quidem esse quod
patimur, [et] quae nos incentivis quibusdam ignibus
stimulant, divinitatis vero esse animi quod repugnamus.
Nam quod ad leges pertinet, quibus peccata hominum
severa coercitione plectuntur, eas recte prudentissima
constituit antiquitas; animo enim laboranti per eas
opem tulit, ut per ipsas vis divinae mentis perniciosa
corporis vitia purgaret.

2 dicimus stellarum **Q** | carsibus **M** 4 nomen *ss.* u **P** 6 dicemus **Q** 7 itaque colamus **P** 8 perhenni **PQV** 9 suscipiat, *corr.* *x* 13 *an* earum *del.*? violentis decretorum p. **A'** | hos **P** 16 simplici *Foerster cf. physiogn. I p. VIII sqq.* | inquid **PQV** 18 inquid **PV** 20 uitiis **Q**[2] 21 sibi] *Iust. II 5. 7, Cypr. app. p. 15. 16 cfrt. Mueller* 22 *an* hinc? | intelligi **PQV** 23 et *del.* **A** 26 coherc- **P** cohert- **V** cohercione seuera **Q** 27 hereditas antiquitas **V**

VII.

Sed iam quia ad istam nos necessitatem quaestionis 1
adduxit, dilata responsione, quae de moribus et colo-
ribus parabatur, cuius fundamenta ex aliqua parte
iactata sunt, ostendamus etiam leges potestati fatorum
necessitatique servire et hoc eas semper facere, quod
fatorum decrevit auctoritas. Quod ut probemus, lon- 2
giora repetere debemus exempla. Ecce ille iuvenis
integris viribus, dives innocens et modestus, nullo
domestici facinoris exagitatus impulsu, nulla timoris
trepidatione compulsus laqueo se suspendit et per-
didit; alterius iam palpitantis laqueum rupit inimicus,
et qui ob dedecus vitae morti propria animadversione
se dederat, soluto laqueo iudicantis sententia liberatur.
Quis hoc alius nisi vis fati necessitasque perfecit, ut
ministri necis, qui ad exhibendum reum fuerant desti-
nati, oppressum malis suis hominem et conscientiae
animadversione damnatum ex medio imminentis mortis
periculo liberarent? Ille rursus, cui omnes innocentiae 3
testimonium perhibent, stricto gladio, tamquam coge-
retur, incubuit et minacem mucronis aciem costis in-
nocentibus condidit. Ille vir integer sobrius ac pu-
dicus, cuius vitam semper sumus institutumque mirati,
ecce per praecipitia proiectum corpus flebili laceratione
dispersit. Ille iustus vitam suam misera mendicatione
sustentat; ille vero, quem famosi sceleris maculavit
infamia, felicibus sublevatur augmentis et maximis
honorum cumulatur insignibus. Ecce pirata post in-
finitas innocentium neces in cruento sinu felices
suscipit filios; ille innocens et ab omni scelerum.....

2 quia κσ] qui (ei qui A′) | *fort.* quaestionis ⟨ordo⟩ 3 adduxisti σ 12 inimicus *corruptum* 14 se] sa? *et supra quaedam ss.* V, *im.* se | sentia M^1Q 15 necessitatesque P | perficit, *corr.* v 18 dampnatum PQV 19 liberarentur M | cui *ss. supra* q? P 20 tanquam V 21 muchronis Q 30 *lac. statuit* a

4 separatur invidia. Cui haec tribuis? quis ista fieri
permittit? cui tantum de nobis licuit? Da manus
et aliquando istis nos contentionum conflictationibus
libera, ut haec omnia, quae fragilis et caduca con-
suevit ferre mortalitas, fortuitis stellarum decerni
5 cursibus etiam tua confessione confirmes. Quid de
†errore honoribus malorum et de fuga exiliisque bo-
norum dicimus? Vides illum servilibus maculis in-
fectum sordes ac labem generis sui consularium fascium
nobilitate protegere? Ille ingenui sanguinis ornamenta
circumferens honorum debitis privatur insignibus. Ille
primo aetatis gradu positus, nulla praeferens orna-
menta virtutis, omnes honores praecipiti celeritate con-
tinuat; ille iam deficientis aetatis senio confectus et
testimonium egregiae vitae ... cursu nunc primo in
6 adeundis honoribus auspicatur. Quae istum senem
ratio retardavit? atquin illi omnia honorum orna-
menta vitae meritum pollicebatur. Quis illum iuvenem
ad tantum honorum cumulum, de quo nihil adhuc
tale sperare poteramus, cursu repentinae felicitatis im-
pegit, nisi vis illa quam dicimus fati, quae stellarum
agitatione perficitur, operata est, ut illum cogeret,
7 hunc retardaret? Quid iam de damnationibus elo-
quar malorum peccatorum aut criminum merito? di-
cebas paulo ante: frequenter vidimus huiuscemodi
iniurias omnium consentiente iudicio innocentibus in-
8 rogatas. Prudentissimum illum Atheniensium et sin-
gularis iustitiae virum, qui vitae atque virtutum me-
rito sapientis cognomen acceperat, infamis testulae
iactus exegit. Socrates vero, cuius prudentia testi-

2 *cf. Verg. Aen. VI 502* 5 cerni, *corr.* *κσ* 6 de gloria et honoribus *σ* *exempli gratia* 11 debitus **P** 15 *possis* vitae ⟨adeptus⟩ 16 quae istum **A′**] quaesitum 17 an quin **M** atqui **Q** 18 ″pollicebatur ″uitae meritum **Q** 20 cursus **MP** cursum **Q**, *corr.* *σ* | inpegit **Q** 22 urgeret *κ* 23 dampn- **PQV** | *fort.* eloquar ⟨quas⟩ *et* paulo ante ⟨fieri⟩ 24 maiorum, *corr.* **A′** 25 huiusscemodi **P** 26 irrogatas **P**

monio divinitatis ornatur, formatis moribus hominum
et divina institutione compositis, falsis accusationibus
obrutus et acerbae delationis oneratus invidia inde-
fensus et proditus severae animadvertentium potestati
subcubuit. Quotiens fortuna imperatorem Alcibiadem,
quotiens exulem fecit? Quid de ista sortis varietate 9
dicamus? Patiebatur haec Alcibiades ad civilem im-
perandi modum Socratis divinis magisteriis institutus,
et cum semper et ubique prospere duxisset exercitum,
fortunae contra se saevientis invidiam vitare non po-
tuit. Sed illum forsitan, ut quidam volunt (absit
enim, ut hoc nostra oratione firmemus), pravarum
cupiditatum desideria ceperant et incautae temeritatis
fefellit inprovisa vis. Aliud ergo proferamus exemplum,
ut vel sic ad confessionis angustias coarteris. Pla- 10
tonem cum illis animi virtutibus, cum illa sapientiae
doctrina vendidit fatum et illam divini animi disci-
plinam tyrannicis crudelitatibus ac ludibriosis Dionysii
potestatibus tradidit. Si haec non sufficiunt, ad Py-
thagorae naufragia revertamur. Qualis vir ille fuerit,
omnibus notum est; cuius virtutem sapientiam pru-
dentiamque et divina animi commenta et hominum et
deorum probavere iudicia. Ecce ad summum cuncta 11
perdidicit et, ne quid deesset eius divino ingenio,
peregrinis etiam magisteriis imbutus ad omnia sapien-
tiae secreta penetravit et, ut verius loquar, divini
animi intentione primus, immo potius solus in ista
positus fragilitate terrena naturam et originem pro-
vidi numinis ac divinae maiestatis invenit. Salutare
illud, ut quidam volunt, et providum numèn per dies
singulos sequebatur; cuius monitis atque praeceptis
purgatis animi sordibus ad omnia †vitae ornamenta

i

1 diuitatis **Q** 3 et σ] est | dilationes honeratus (hon- *etiam* **Q**) iuidia **P** 5 succubuit **V** | imperatorem *des.* **V** *f. 5*[v] 7 dicemus **v** 8 socrates **MP** 11 illud **MPQ**[a] 16 uiribus **Q** 18 dyonisii **MPQ** 19 pitagore *ss.* y **P** pytagorae **Q** 20 reuertemur **P**[a] 28 natura **P** 32 ornamenta et **M** *possis* [vitae] *et* virtutis

virtutis extorrem atque exulem civium suorum seve-
12 rissima decreta fecerunt. Is patriam fugiens totam-
que Graeciam ad aliena primum transivit imperia;
Sybarim et Crotonam exul incoluit. Sed nec ibi illum
diutius fortuna detinuit; nam nunc per Locros, nunc
per Tarentum et per omnes paene Italiae oras fugi-
tivus erravit. Ecce ad ultimum flamma saeviente
circumdatur et cum illo pariter miserorum turba in-
13 cendio grassante conficitur. Quid agis? Etiam nunc
derogas fato et stellarum vim obstinata animositate
contemnis, cum videas bonorum malos exitus, malorum
prosperos actus, innocentium ... ⟨nocentium⟩ securi-
tates? Cui haec tribuis? cuius haec putas fieri de-
cretis? Iniqui sumus, si, cum haec omnia nobis fa-
torum imperia decernant, adhuc rigidae contradictionis
animositatibus repugnamus. In summa tibi respon-
dendum est, quia hoc nos facere praesentia hortantur
exempla: et ille, qui nocens est, fato cogente peccavit,
et ille, qui innocens damnatur, fatali necessitate com-
pulsus severam animadversionis sententiam pertulit.
14 Ad te nunc singularem virum, Plotine, veniemus, ut
allegationes nostras recentium exemplorum patrociniis
muniamus. Quas ille philosophiae non attigit partes,
cum doctrina eius vitae sequeretur insignia, cum id,
quod docebat, non alieno, sed proprio virtutis osten-
deret exemplo? cuius ex ore tamquam ex adyto
quodam divinae sententiae proferebantur. Fuit nam-
que ille vir ad omnia virtutis ornamenta compositus
et omni divinarum dispositionum studio formatus,
iustus fortis providus temperatus et qui se crederet
Fortunae impetus providentiae posse ratione superare.

⟨compositum⟩ *ut p. 22, 28* 4 sibarim **Q** 9 crassante **PQ**
ais **v** 11 contempnis **PQ** 13 hoc putas **Q** 19 dampnatur **PQ**
(*in quo est post* compulsus, *sed signis transponitur*) 23 phylo-
sophiae **M** 25 ostenderetur **MPQ**, *corr.* **V** 26 adito *libri*
27 nam **Q** 28 ormenta **M** 29 firmatus **MP^b^Q**, *cf. 7,*
30, 29. 40, 5 et 21

Primum itaque locum sibi quietae sedis elegit, ut ab 15
omni humanae conversationis strepitu separatus For-
tunae se liberaret invidia, solis divinae institutionis
vacaturus insignibus, ut contra fortunae omnes minas
integro se et incorrupto praesidio virtutis armaret.
Ista itaque confidentia mentis erectus etiam corporis 16
sui curam tuitionemque suscepit, ⟨et⟩ ut nihil va-
cuum ac nudum relinqueret, ubi se posset licentia
Fortunae saevientis exercere, in salubri se ac pura re-
gionis parte constituit; nam ad collocandam sedem
amoenum sibi Campaniae civitatis solum elegisse nar-
ratur, ubi semper aëris quieta moderatio cunctos in-
colas salubri vegetatione sustentat, ubi neque vis
hiemis nec flagrantis solis accessio, sed composita
temperies ex utroque moderatur, ubi aegritudine ali-
qua laborantibus hominibus ingentium fontium calore
et fervescentium aquarum salutari fomento conciliata
sanitas irrigatur. Illic constitutus honorum primum 17
contempsit insignia illos veros honores putans, quos-
cumque illi divinum prudentiae magisterium contu-
lisset. Nulla illum divitiarum desideria ceperant, sed
has putabat esse divitias, quibus animus ornatus
auctorem posset propriae originis invenire. Ecce in 18
quadam parte orationis suae, sicut mihi videtur, im-
providus et incautus, vim fatalis necessitatis adgre-
ditur et homines Fortunae decreta metuentes severa
orationis obiurgatione castigat, nihil potestati stel-
larum tribuens, nihil fatorum necessitatibus reservans,
sed totum dicens in nostra esse positum potestate.
Longum est enumerare, quid de rebus singulis sen- 19
serit, qua se ratione fatali sorti subtraxerit, qua vim

7 utque v *unde nos* ⟨et⟩ ut 9 exerere **A** *haud scimus an recte* | ⟨Italicae⟩ regionis ϰ 11 campanię **V** *recte ut vid.* 13 uętatione **P** 14 fraglantis **MP** 16 ingentium *suspectum*; *Plin. 31, 4* nusquam tamen largius quam in Baiano sinu *cft. Buecheler;* ingenti σ 18 primum] PR. ϰ 22 animus **A'**] animi **MPQ** 24 inprouidus **Q** 25 aggreditur **M**

istam, idest stellarum atque fati, sententiarum argu-
mentatione turbaverit. Sed haec adhuc integer in-
columisque narrabat; numquam ille ad Socratis finem
Platonisve exitum contorsit oculos vel mentem, uti-
que, sicuti suspicari datur, multa illorum mentibus,
20 multa vitiis asscribens. Ecce se illi in ista confidentiae
animositate securo tota fatorum potestas imposuit et
primum membra eius frigido sanguinis torpore ri-
guerunt et oculorum acies splendorem paulatim ex-
tenuati luminis perdidit, postea per totam eius cutem
malignis humoribus nutrita pestis erupit, ut putre
corpus deficientibus membris corrupti sanguinis morte
tabesceret; per omnes dies ac per omnes horas ser-
pente morbo minutae partes viscerum defluebant, et
quicquid paulo ante integrum videras, statim confecti
21 corporis exulceratio deformabat. Sic corrupta ac dissi-
pata facie tota ab illo figura corporis recedebat et in
mortuo, ut ita dicam, corpore solus superstes retine-
batur animus, ut ista gravis morbi continuatione con-
fectus et tormentis propriis coactus ac verae rationis
auctoritate convictus vim fati potestatemque sentiret
et ut confecti corporis laceratione quassatus senten-
22 tiam Fortunae pronuntiantis exciperet. Quid nunc de
huius famosa dicimus morte? Cur eum non potuere
virtutes, idest prudentia temperantia fortitudo iustitia,
ab istis Fortunae animadversionibus liberare? Sensit
itaque etiam iste vim fati et excepit finem, quem illi
stellarum ignita iudicia decreverant, et istius valitu-
dinis acerbitate confectus proprio exemplo, non ser-
monis licentia cunctos homines docuit potestatem fa-
23 torum nulla posse ratione contemni. Scis etiam, ut

2 integer adhuc incolomisque **Q** 3 illae **P** 5 sicut **P** suspicati **P**^{a} | *displicet* mentibus 6 mullta **P** | in *om.* **V** 8 frigido **V**] frigida **MPQ** 11 malignis σ] magnis 12 morte *suspectum* 13 repente **Q**^{a} 16 si **Q** 22 ut *om.* **Q** *recte?* 25 prouidentia **M** 28 et **A**′] ex **MPQ** 31 contempni **MPQ**

rursus ad antiquiora redeamus exempla, quae Miltiades
post victoriam passus sit, quae Themistocles susti-
nuerit post triumphos; quibus sunt aerumnarum ca-
lamitatibus implicati, ab his scilicet, quibus per illos
et libertas reddita videbatur et patria! Quis contra 24
illos saevientis populi rabiem concitavit, quis con-
flavit invidiam? Quis tam acerbum indixit odium, ut
beneficiorum et redditae libertatis inmemores [ut]
gravi furoris instinctu et effrenatae levitatis erroribus
innocentes ac strenuos viros populari animadversionis
acerbitate percuterent, nisi vis necessitasque fati, in-
fatigabili quae semper potestate dominatur? Ad Ro- 25
mana nunc, si placet, revertamur exempla. Ecce igna-
vus ille vir et omni infamiae maculatione pollutus,
Syllam dico, qui a primo vestigio pubescentis aetatis
in scurrarum gremiis per damna nundinati pudoris
adolevit, totiens prospere duxit exercitum et, ut felix
diceretur, fecerunt innumerabilia reipublicae naufragia.
Respice, quotiens laceratis patriae visceribus civili 26
sanguine cruentatur. Ecce innumerabiles proscriptio-
num tabulas ponit et cruentarum pecuniarum parrici-
dali collatione ditatur; sed nunc, licet sit omnia facinora
eius enumerare difficile, pauca tamen enumerabimus,
ut ex istis vim fatalis necessitatis agnoscas. Septem 27
milia civium nostrorum in medio foro urbis Romae
Syllana animadversione ceciderunt; mihi crede: nulla
vis alia, nullum peccatorum meritum, nulla deorum
voluntas, sed fatorum necessitas istam multitudinem
Syllanis manibus impegit. Quod nunc putas esse 28

1 militiades **MPQ** 2 themisthocles **MP** | sustinuere **P** 3 tryumphos **P** | erumpnarum **P** 6 incitauit **Q** 7 inuidia **P** | induxit **Q**[a] | hodium **Q** 8 immemores **M** | *del.* **a** 9 inṣtintu **M** | leuitates **P** 11 infatigabilis, *corr.* **A'** 12 *§ 25—38 ed. Usener in Sallustio Maurenbrecheriano* 13 ingnauus **Q** 14 vir *om.* **M** 15 qui] que **P** 16 dampna **PQ** 18 dampna et naufragia **Q** 19 lateratis **P**[a] 20 proscriptiones **P**[a] 21 pęniarum **P** penarum **Q** 23 numerare **Q** 24 necessitatibus **P**[a] 27 nullum] nulla **P**[a]

iudicium, quem rationis ordinem, ut ille, qui numquam fuit memor sexus sui, qui ultra commendationem gratiae puerilis aetatis senex exoletus in aliena aetate flagitia corporis detinebat, vitiis obsessus Romana gubernaret imperia? Hunc ⟨quem⟩ sciebamus in praeturae [PR.] petitione deiectum, cui gravissimus Censorinus veris ac firmis accusationibus spoliatae provinciae crimen obiecit, qui legatus bello Cimbrico degeneris animi timore prostratus imperatorem Marium et Romanum reliquit exercitum, is cum his tantis pollueretur infamiis, regalis postea maiestatis auctoritate decoratus exercitum nostrum in dispendia nostra
29 convertit. Permitte mihi longiore oratione Syllanorum scelerum replicare discrimina; omnia enim haec ad disputationis meae meritum conferentur, si plurimis infortuniorum generibus integre ac verissime fuerit
30 fatorum necessitas explicata. Iussione Syllana Sulpicius tribunus plebis parricidalis praecepti nefanda animadversione percussus est; quo flagitio tyrannica et scelerata eius cupiditas imbuta omnia statim sine aliqua dubitatione genera crudelitatis exercuit, ut [et] effrenatas animi sui cupiditates per dies singulos ci-
31 vilis sanguinis profusione satiaret. Praetorio viro, minori scilicet Mario, qui iudicio omnium bene meritus de republica videbatur, Syllana iussione elisa sunt prius crura, deinde deiecta de statu corporis brachia humeris tenus dissoluta ceciderunt, tertio amputata

3 senes exoletos, *corr.* **A'** 4 fragilia **Q** 5 Hunc ⟨quem⟩ *κ cl. p. 14, 23 de err. 77, 13. 104, 2 Kuehner p. 848* | in praeturae [PR·] petitione *κ*] impraetura . P̄R̄ . petitione **M** in pretura prepetitione **PQ** 8 bellus **P**a | Cimbrico **A'**] in (*om.* **Q**) illyrico (illirico **MQ**) 10 reliquid **P** 11 infamiis **P** 13 convertit **a**] convenit 15 meae *om.* **M** 17 comprobata et explicata **Q** 19 animaduersio **P** | tirannica **Q** 21 et *del.* **A'** 23 sanguinis sanguinis **P** 24 scilicet uiro minori **Q** 25 elysa **P** 26 *possis* desecta; delecta? *Mueller cl. krit. Bemkgn. zu Plin. p. 11; cf. III 13, 4*

lingua vocem reliquit in faucibus; ad postremum omni
corporis parte mutilata oculi, qui fuerant spectatores
et superstites, egeruntur; et in tam angusto corpore
a nefario patriae carnifice tot sunt inventa supplicia
et vix anima tantis vulneribus erogata est, cum hinc
inde damnis fluentibus minutatim spiritus carperetur.
Sed forsitan circa solos viros talis est feritatis atro- 32
citate grassatus? Ecce in proscriptionum tabulis
etiam mulierum ac matronarum nomina adscripsit, ut
per omne humanum genus cruentam gladii exerceret
potestatem. Non habet modum [nec] cruenta cupi-
ditas nec infinita civium strage satiatur. Romanus 33
ille populus subactis omnibus gentibus, posteaquam
peragrato orbe atque possesso extremum etiam Oceani
litus inventum, servire compulsus est nefario Syllanae
potestatis imperio debilitatis omnium animis metu et
miseri timoris trepidatione possessis. Inter leges Por-
cias legesque Sempronias cum omnium civium gemitu
etiam tertiam proscriptionis tabulam posuit nec hoc
contentus malo, ne quod aetatis suae tempus vacuum
a sceleribus reservaret, Lucretium iam privatus occidit
et deposita regia potestate animi tamen in illo per-
niciosa crudelitas perseverat. Visne aliquid tibi, quia 34
in Syllanicis temporibus immoramur, de lacu Servilio
referam, in quo multorum senatorum capita ad osten-
tationem inmanissimi facinoris sectis cervicibus pepen-
derunt? Reipublicae vulnera inter ipsa deorum pulvi-
naria constitutus inter sacras caerimonias positus

1 reliquid P 2 fuerunt *corr.* v 4 a v] ac 6 dampnis PQ *obscuriora haec* 7 tali *Usener* 8 crassatus PQ 9 nomina *Usener*] nomen | asscripsit M ascripsit Q 10 omnem P | exhereret P *fort. recte* 11 nec *delevimus* (nec *alterum del. Maurenbrecher*) 12 strages, *corr.* A' 14 occeani M 15 compulsum PQ 16 debibitatis P^a | omnibus omnium Q 17 miseri (*sive* misera) timoris *σ cl. 19, 10. VI fol. LXXIV col. 3 med. al.*] miseriis minori (miseri minoris A) | possessis ab auctore Q | leges ab auctore P 19 tertiam *om.* Q 20 contemptus Q | nec P 21 ab M | secleribus P | lucreciam P^a 24 inmoramur Q

semper Sylla securus ac superbus aspexit. Quid potest
crudelius fieri? Liberis et uxoribus miseras orbitates
titulo publicae calamitatis ingessit; nihil pietati, nihil
fidei, nihil fortitudini, nihil providentiae licuit contra
35 Syllam. Ubi nunc sunt, qui peccata nostra humana
ac divina credunt posse lege puniri? Ecce Sylla ne-
fariis caedibus pascitur, ecce tyrannico grassatur im-
perio nec cupiditates eius potestas aliqua divinitatis
impugnat. Quid sentis? quid iudicas? Refuta quod
dicimus! Ostende nobis ordinem rerum! Ubi sunt
leges, ubi iudicia? Humano et divino sumus semper
destituti iudicio, quia omnia haec, quae diximus, Sylla
commisit impune. Ergo facinora eius, cum tantis
caedibus pascerentur, nulla ultricium deorum flagella
castigant? . . . . . imperia nec est, qui dolorem suum
verbis ac lacrimis prodat? Defunctis per illum etiam
supremus ignis eripitur: et hoc [non] potuit videre
36 iustitia? Dicis peccata hominum per dies singulos
diis ultricibus nuntiari; omnia haec, sicut vides, im-
pune gesta sunt, et fecit de his omnibus Fortuna quod
voluit, et quicquid singulis fata decreverant, Syllanae
feritatis animadversione completa sunt. Ut et hoc
scias vera nos ratione edixisse, ipsum post haec mala
prosper sequebatur eventus. Perpetuae dictaturae cu-
mulatur insignibus et proprio arbitrio deponit imperia;
laceratae reipublicae artus et cruentae pecuniae iussu
eius ad ignobiliorum hominum divitias conferuntur;
post haec mala quieta securitate fruitur et abundantia
scelerum saginatus decreto amplissimi senatus et po-

1 silla Q (*idem* 5. 6. 12. 21) 3 publicatae, *corr.* *x* 7 tirannico Q | crassatur P 8 cupiditatis, *corr.* v | diuinitas M (*cum ras. post* n) *et* P diuinitate Q, *corr.* A′ (divinitus *Usener*) 9 inpugnatur Q 12 dicimus Q^a 13 inpune Q (*idem* 19) 14 pasceretur A | dearum A *cf.* 19 15 *lac. statuit Usener* 16 probat Q^a 17 suppremus MP | *del.* *xo* 18 dicitis, *corr.* A′ 19 ultoribus Q | nuntiare P^a 20 fecit *del. Usener* 23 dixisse P^a 24 persequebatur, *corr.* A′

puli Romani ⟨nomine⟩ prosperae et perpetuae feli-
citatis ornatur. Ubi nunc sunt, qui negant actus 37
nostros stellarum fortuitis cursibus gubernari? Ille
crudelis perfidissimus, quem scimus per omnia crudeli-
tatis genera grassatum, securus omnia dignitatis or-
namenta consequitur; Marius vero post triumphum
Iugurthae ceterarumque gentium, quas subegit, postea-
quam urbem Romam et externis et domesticis peri-
culis liberavit, post triumphales purpuras, post pictas
aureasque palmatas ferreis stringitur vinculis cate-
narum. Ecce exul in paludibus Minturnensibus lati-
tat, ecce carceris sqaloribus premitur; vides, ut ad
crepidinem dirutae Karthaginis fugitivus accedat? Quis 38
deus aut exulem Marium aut felicem fecerat Syllam?
Paullus imperator militi Mario promittebat imperia,
legatus Sylla Romanum deserebat exercitum, et tamen
postea iudicio Fortunae ille exul factus est, ille felix.
Nimis longa oratione vim necessitatemque fati, stel-
larum etiam potestates .... Syllanae dominationis facta
crudelia †ad istum sermonem deflevimus. Scipio post 39
tot triumphos, post deletam Karthaginem Numantiam-
que prostratam, post peragratam Graeciam Asiam
Bithyniam Syriamque lustratam, post dictaturae inre-
prehensibiles actus intra privatos parietes domesti-
corum insidiis acerbo mortis cruciatu et nefariis fran-
gentium gulam manibus oppressus privata quodam

1 nomine *pro* Romani **A'** 4 perfidus **A'** crudelis *del. Usener, cf. 1*, 13. *4*, 5. *9*, 16. *26*, 16 *Archiv VIII 178* 5 crassatum **P** 6 tryumphum **P** 7 iugurtae | postquam **PQ** 9 tryuphales **P** 10 caterarum **Q** 11 Minturnensibus *Usener*] mittitur nec ibi (sibus **A**) 13 karta- **M** carta- **Q** 14 exullem **P** | felicem *om.* **Q** 15 paulus **PQ** 16 silla **Q** (*idem* 19) | imperium exercitum **Q** 17 iste felix **v** 19 *lacunam statuit Usener, v. g.* tractantes | dominationes **PQ** 20 isto sermone **A'** 21 tryumphos **P** | delatam **M** | karta- **MP** carta- **Q** 22 gr̃am (*i. e.* gratiam) *ss.* re **P** | asyam **P** 23 bythiniam **M** bithiniam **Q** | syramque **P** siriamque **Q** 24 inter **Q** | priuatas **P**^{a} 25 insidias **P**^{a} | nefariis: ariis *ir.* **P** 26 quod admodo **M**

40 modo animadversione confectus est. Quid Regulo fides
profuit, ut illum vis fati post miserae captivitatis infamiam
inter hostiles manus pervigili crudelitatis atrocitate
prosterneret? Quae vis alia dissolutis Persarum
regibus cum Romanis fascibus captivum tradidit Crassum?
Et utique vir strenuus fuerat et virtutes eius,
quae propria ostentatione lucebant, Romanus prote-
41 gebat exercitus. Pompeii post quintum consulatum,
post tot et tam insignes triumphos ad Nili fluminis
ripam cervices invictas et regias et quas tôtiens purpura
triumphalis ambierat semiviri hominis gladius
nefario genere mortis incidit. Quis manus in suam
necem Catonis armavit? Quis impuris et effeminatis
Antonii cupiditatibus cum lugubri miseroque omnium
fletu venerabilem Ciceronis tradidit sanguinem? Caesar,
quos sua indulgentia ab omni liberaverat metu, ad
42 exitium postea propriae salutis armavit. Vides ut
semper ubique fortuna dominetur? Vides ut varii sint
hominum mutabilesque semper eventus? Fortis ab
ignavo superatur, bonum prostravit inferior, iusto
iustitia non profuit, cautos providentia saepe decepit,
pudicis ac sobriis inpudicus ac dissolutus in honoris
petitione praelatus est. Iacent strenui, laudantur improbi,
et quicquid huic profuit, illum incauta imitatione
decepit.

VIII.

1 Haec nobis omnia stellarum cursibus conferuntur,
his nos Fortuna varietatibus conficit. Unde tot exemplis
ac tot rationibus moniti atque formati fatalis necessitatis
legem non argumentorum licentia nec verborum

2 miseram A′ 8 pompegii P | *debebat* tertium 9 et post Q | tryumphos P 11 tryumphales P 12 occidit Q[a] 13 inpuris Q 16 diligentia Q 17 exilium, *corr.* v 18 uides] ut des P | varii . . . mutabilesque semper *cf.* *Verg. A. IV 569* 21 non *geminat* P 22 pudiciis P | impudicus M | dissoluta P[a] 23 *post* strenui *ras. 1 litt.* M | improbi MQ 29 formato P[a]

copia, sed veritatis probabili ac recto iudicio com-
probemus. Sed iam huic nostrae allegationi etiam 2
ipsi, qui contradicebant, ex aliqua parte consentiunt,
dicentes esse quidem quandam vim fortunae ac fati,
quam himarmenen vocant, sed huic necessitati dispu-
tationis suae licentia quaedam tribuunt, quaedam †con-
tradicit lex necessitasque fatorum et non posse videatur 3
aliquid et posse. Hanc namque, quam dicunt himar-
menen, volunt naturae hominum ceterarumque ani-
mantium quadam societate coniungi, et quia sic facti
ac procreati sumus, ut certo viventes tempore, com-
pleto vitae cursu, ad divinum illum spiritum, qui nos
sustentat, resoluta fragilitate corporis referamur, su-
bici nos ad complendum istum finem fato pariter ac
sorti, ut et nos et omnes animantes unus ac similis
dissolutionis terminus fatali ista lege conficeret. Om-
nia vero, quae ad cursum vitae pertinent, in nostra
volunt esse posita potestate, ut nostrum sit quod vi-
vimus, fati vero ac sortis solum videatur esse quod
morimur. Nescio quid ista diversitas conclusionis 4
operetur; nescio cui possit persuaderi, quod dicitur.
Confitetur aliquis esse fatum et dicit finem omnium
fatalibus necessitatibus subiacere et, cum disputa-
tionibus suis ex ista quodammodo confessione prae-
iudicet, potestatem eius in minoribus partibus minuit,
auget in maioribus, multa ac potiora concedens, ut
actus quidem nostros in nostra dicat esse positos
potestate, finem vero vivendi ad fatalis sortis licen-
tiam revocet; et in tam inepta disputatione licentia

1 componimus comprobemus **Q** 2 alleuationi **Q** 5 himarmenem | uocant *in confinio paginarum geminat* **M** | -sitati *ir.* **M** 6 quaedam *prius om.* **M** | contradicunt ut l. n. f. et non *Némethy* contra demunt *vel sim.* *x* 7 et **A'**] ut 8 himarmenem 10 et quia *x*] ut qui (ut quia **A'**) 12 a diuino illo spiritu .... referamus (*quibus servatis* resoluti fragilitatem *olim* *x*), *corr.* **A'** 15 nos omnesque **Q** 16 fatalis, *corr.* *x* 18 posita *bis* **Q** 22 esse aliquis **Q** 26 pauciora **Q**

se argumentationis extollit, ut, cum fato animadvertendi
quodammodo licentiam tribuat et totius potestatis
concedat imperium, id quod minus est ei deneget, re-
5 gendi scilicet hominis potestates. Si procreatos nos
fatum producit in lucem et ad terrenas conversationes
venientibus hominibus vitae ianuas pandit, si ipsius
est, sicut ipsi confitentur, quicquid a nobis completo
vitae cursu necessitate mortis exigitur, si initium
nobis finemque vivendi fatalis legis necessitas statuit,
quid est aliud, quod non sit in eius positum potestate,
cum et initia vitae per fatum nascentibus conferantur
et dies mortis finisque vivendi decretis ipsius ac iudi-
6 ciis terminetur? Ecce ille nondum corporis deforma-
tione completa in maternis visceribus inmatura festi-
natione praemoritur; illum completa deformatione
corporis et iam maternorum viscerum angustiis libe-
ratum vitalis spiritus aura non vegetat; illum in
primis vitae incunabulis constitutum inter initia va-
gientis infantiae fugientis animae deserit vita; ille puer
fragilitate deceptus, ille iam pubescentis aetatis et
iam ad omnes vitae actus, quos paulo ante dicebat in
nostra positos potestate, integra magisterii institutione
compositus mortis repentino casu subtrahitur; ille
vero vivendi prolixitate omni paene sensu carens ac
voluntate et iam vergentis aetatis ac vitiosae senectutis
invalidus invitus longam ac taediosam lucis sustinet
7 sarcinam. Quis est, qui aut illum non natum aut illum
primo natalis die aut illum post paululum aut illum
iuvenem aut illum senem applicat morti? Inveniat ali-
quid, quod sequamur; inveniat, quod nos possit in-

1 ut *om.* **Q** 2 tribuat *om.* **M** 4 -licet *inc.* **R** *f. 2r* | potestatem *κσ* 7 quidquid **R** 8 vitae *om.* **Q** | siinitum **M** 11 conferantur **Q**] conferant 14 immatura **MP** 16 etiam *hic et* 20. 25 *fere libri* 19 uitam **PRQ** 21 dicebas **A′** 23 cisu **P**a | subtraitur **Q** 28 natalis *cf. IV 1, 10. 8, 1 C. F. W. Mueller Abh. f. Friedlaender 553 Arch. VIII 196 CIL IX 23. 9 Notiz. d. scav. 1894 p. 21 l. 7*

struere, quod laborantibus nobis rationem veritatis ostendat: fatum utique dicturus est et necessitatem mortis humanae, quae omnibus animantibus, quae terrena concretione gignuntur, vivendi tempus propria iudicii dispositione distribuit, ut longiorem vivendi
substantiam aliis deneget, aliis largiatur. Absurdum 8
est confitentem de necessitate fatali derogare postea fato et perinicum est, ut ab eo in sequentibus orationis partibus refutetur, quod praecedenti confessionis professione fuerat roboratum.

IX.

Quid de mortium vario exitu dicimus? Ille co- 1
gente fato suspenditur laqueo; at ille gladio percutitur; ille mari fluminibusque submergitur; ille saevientibus flammis ignique traditus in cinerem favillasque convertitur; ille per praecipitia iactatur; ille cadentium tectorum ruina comprimitur; illius animam pestiferum veneni virus exclusit; ille paulatim tardo febrium ardore decoquitur; ille cita ardentium venarum deflagratione fervescens violentia repentini caloris exaestuat; illum saevientium ferarum inconsulta vescitur rabies; ille occasum patitur illaesus; illius venenati serpentis
ictus venas stringit in mortem. Hanc mortium nobis 2
varietatem fata describunt; haec sunt illa stellarum decreta, quae paulo ante protulimus. Hinc illi illustrium virorum miserabiles exitus, malorum nocentiumque felices; hinc vario cursu vita hominum fortuna semper decernente transigitur. Hinc constat ortum finemque vitae, actus etiam nostros universos, studia cupiditates-

1 loborantibus **M** 2 ostandat **R**ᵃ | utique *nos*] undique 5 tribuit **Q** 7 de n. f. conf. **Q**ᵃ 8 perinimicum **M** *ras. inter* u *et* m **R** periniquum **Q** 14 submergetur **R**ᵃ 15 flauillasque **PR** 19 defraglatione **M** 23 uenena **PR**¹ uenenas **M** *cf. de err. 102, 24* | hanc *κσ*] hinc 24 facta **P** 25 praetulimus **P** 28 hortum **PR**

que et quicquid illud est, quod ad humanae nationis
conversationem pertinet, fatalis necessitatis inevitabili
3 sententia contineri. Cedamus itaque fide veritatis op-
pressi et confiteamur verae rationis secuti iudicia
nihil in nostra, sed totum in fatorum esse positum
potestate, ut, quicquid vel facimus vel patimur, totum
hoc Fortunae nobis iudicio conferatur.

X.

1 Explicatis his omnibus atque tractatis, quae fati
vim stellarumque decernentium leges verae rationis
disputatione monstrarunt, ad illam quaestionem, quam
in prima istius orationis reliquimus parte, revertamur,
de coloribus scilicet hominum ac moribus, ut omni-
fariam ista quaestione purgata securi et constantiae
confidentia roborati totum tibi, quicquid de isto studio,
2 Lolliane, promisimus, explicemus. Qui requirit, cur
in quibusdam regionibus corpora hominum nigro
semper colore sordescunt, cur vero alibi puro can-
doris splendore praeniteant, huic, qui has requirit
causas, brevi disputationis oratione respondeam, prae-
sertim cum ad istam partem multorum sapientium
3 dociles sententiae proferantur. In omne caelum, cuius
est rotunda formatio, quod terras maria ceteraque
quae intra se sunt omnia ignei spiritus circumfusione
complectitur .... quinque zonarum ipsarum una si-
milisque substantia est; nam quaedam ipsarum uni-
formes sunt nec alienam habent admixtionem, quaedam
vero commixtae temperationis sunt moderatione com-
4 positae. Harum quinque zonarum quae media est,
corusci Solis incensa luminibus et sempiterni ardoris

1 quidquid **R** (*idem* 6. 15) | rationis, *corr.* *κ* 6 facinus **R**
10 atque stellarum **Q** 12 primam . . . partem, *corr.* **v**
14 istius questionis dubitatione **Q** 16 querit **R**[a] | *cf. Boll*
190. 217[3] 22 *cf. Verg. Georg. I 231 ss.* | *possis* in omni caelo
25 *lac. stat.* *κσ* | *aut praecessit negatio aut scrib.* ⟨non⟩ una
27 ammixtionem **PRQ**

adustione torrida ignito colore perpetui ruboris infi-
citur. Duae vero, quae extremas mundi continent
partes dextris laevisque lateribus inhaerentes, caeruleo
colore signatae atris semper imbribus inundantur et
concretae glacie sempiternis pruinis et duratis gelu
nivibus obsidentur. Inter has duas frigidas et illam 5
igneam, quae per mediam mundi ducitur partem, duae
sunt residuae constitutae, quas frigoris et caloris
mixta temperies clementi moderatione formavit. Hae
sunt duae zonae, quae omne animantium genus in terrae
finibus ex illa tranquilla commixtionis moderatione
progenerant, per quas ad omnium, quae gignuntur,
ortus et occasus per omne aevum oblicus signorum
ordo convertitur, in quo Sol et Luna, quinque etiam
stellae errantes, quae planetae a Graecis vocantur,
certa ac definita semper agitatione discurrunt; et
⟨ad⟩ harum stellarum cursum omne animantium genus
perpetua sibi generis propagatione succedit. Istarum 6
quinque zonarum vis atque natura quarundam gen-
tium homines uniformi colore progenerant, ita tamen
ut in ipsa unitatis facie corpora hominum quanta-
cumque stellarum radiatione varientur. Quaecumque 7
igitur gens hominum illi adiacet zonae, quae sempi-
terna adustione ignis inceditur, licet sit sub eius
zonae partibus collocata, quae ex composita modera-
tione formata est, ad fingendos tamen colores homi-
num ignem sibi ex vicinae societatis coniunctionibus
mutuatur, ut homines ad imitationem inustarum rerum
atri semper forma coloris infuscet. Quae vero partes 8

1 calore **Q**[a] 3 dextrisque **Q** 4 imbribus *Bentley ad Horat. c. III 24. 39 e Verg.*] niuibus **MPR** nubibus **Q** 5 concretae *Bentley*] concreta | duratu **P** 8 coloris **PR** 9 heę **Q** 11 commixtio *in fine lineae* **M** 13 ocasus **Q** | obliquus **PQ** 15 errantes **A**] errant 17 ad *add.* **A′** (*ubi* ut *pro* et *et* succedat) 19 natura **A′**] iactura | quarumdam **R** 24 ignis *κσ*] ignibus | sub eius sit **M**[a] 25 collocatus **Q**[a] 26 est *Sittl*] et 27 *subiectum non iam gens, sed zona*

glacialibus adiacent zonis, quae viduatae ac desertae
Solis ardoribus perpetuis pruinarum nivibus oppri-
muntur, gentes illas hominum, quas in vicino posita
zona progenerat, nitido faciunt lumine splendidi can-
doris ornari. Sed et in his regionibus, quae candidos
homines procreant, et in illis rursus, quae nigros, ad
variandas hominum formas stellarum plurimum pote-
stas operatur et unicuique homini, licet coloris sit
una substantia, diversam tamen speciem deformationis
9 adsignat. Unde enim se [sibi] singuli propria corporis
liniamentatione cognoscunt? unde filios fratres cogna-
tos, unde cives peregrinos vicinos amicos hospites
norunt, si non singulis varios diversosque vultus stel-
10 larum potestas adscribit? Consideremus itaque con-
ciliationem generis humani et retractando inveniemus,
quam nefaria et quam impia poterant illic scelera
committi, si cunctorum una facies populos illos aequae
similitudinis formatione confunderet; ad sororem frater
deceptus similitudine quasi maritus intraret, traheret-
que alius contacti inpudentia alieni iuris uxorem; alii
de filio erratica contentionis conflictatione certarent;
alii nescirent, qui essent illi, qui sibi paulo ante ser-
vierant; alter ingenuis natalibus natus quasi servus
ex confusa similitudine obstinato ducentis errore tra-
heretur, nisi uniformem istam colorum similitudinem
maxima vultuum dissimilitudo variaret; quae omnia
compositis stellarum mixturis ac radiationibus tem-
11 perantur. Ecce illius candor ex aliqua parte nigri
coloris tenui inumbratione sordescit, et illius nigram
faciem splendor modici candoris illuminat. Quid iam

4 lumine κ] homines | spendidi **R** 9 deformitatis ads. et deformationis **Q** 10 assignat **M** | sese singuli **A′** 11 lineamentatione **P**^{b} 14 asscribit *deinde ras.* (ur?) **M** 19 traeretque **Q** 20 inp. cont. **M**^{b} impudentia **Q** contactam imprudentia *Némethy* 21 erratica κσ] erratici 23 ingenius **P** 24 obstinati, *corr.* σ 25 uniformen **R** 26 uultum **PR** 27 rationibus, *corr.* κσ 30 coloris et candoris **Q**

de comarum crinibus dicam, ad quas varius color latenter inrepit? quid de oculorum acie, qui semper diversis luminibus colorantur? Ecce corpora ipsa etiam in illis gentibus et ceteris omnibus nunc longa, nunc parva sunt, nunc tenui exilitate suptilia, nunc obesa crassitudine latiora; unde manifestis rationibus comprobatur zonarum quidem esse, quod nigri vel candidi sunt, stellarum vero, quod in illa unitate coloris dissimilium formarum varietatibus corporantur. De moribus vero gentium supervacua disputatio 12
est; nam et Asianos plurimos videmus, immo paene omnes sobrietatis insignia praeferentes, et Graecorum levitas frequenter modestae gravitatis pondus accepit, et effrenata Scytharum rabies quacumque humanitatis clementia mitigatur, et in finibus Galliarum populus sapientiae prudentia convalescit, Afrorumque subdolas mentes honestae fidei ornamenta condecorant, et a plurimis Hispanis iactantiae vitia deseruntur, et Syrorum avaritiam mutavit repentina profusio; non est inter illos acutos Siculos stultos invenire difficile, et ab Italis frequenter dominationis imperia translata sunt. Nec huius rei longe tibi aut ex antiquis libris 13
proferemus exempla: dominus et Augustus noster ac totius orbis imperator pius felix providus princeps, Constantinus scilicet maximus divi Constantini filius augustae ac venerandae memoriae principis, qui ad liberandum orbem tyrannicis moderationibus et ad comprimenda domestica mala favore propriae maiestatis electus est, ut per ipsum servitutis squalore deterso securae nobis libertatis munera redderentur utque captivitatis iuga fatigatis iam et oppressis cervicibus poneremus, quem pro nostra semper libertate

3 ista **Q**^{a} 4 istis g. et illis **Q** | illis] Italis *ϰ* 5 subtilia **M**^{b}**Q** 6 manifestas **P**^{a} 9 temperantur *ϰ* 10 dispositio, *corr.* **A**′ 14 scytarum **PR** scitarum **Q** 16 astrorumque **PR**^{a} (*ubi* ro *ss.*) *et* **Q** 18 hyspanis **P** | deserunt **M** 20 acutos **M**^{a} auidos? **M**^{b} 27 tirannicis **Q**

LIBER SECUNDUS.

⟨PRAEFATIO.⟩

1 Matheseos scripturi libros eos, qui eandem discere volunt, primum instituere debemus, ut rectis initiis formati facilius pronuntiandi scientiam consequantur; non enim potest veram eius scientiam consequi, nisi fuerit primis institutionibus eruditus.
2 Fronto enim noster Hipparchi secutus antiscia ita apotelesmatum sententias protulit, tamquam cum perfectis iam et cum peritis loqueretur, nihil de institutione, nihil de magisterio praescribens. Sed nec aliquis paene Latinorum de hac arte institutionis libros scripsit nisi paucos versus Iulius Caesar et ipsos tamen de alieno opere mutuatos, Marcus vero Tullius, princeps ac decus Romanae eloquentiae, ne quid intemptatum relinqueret, quod fuisset divinum eius ingenium assecutum, versibus heroicis etiam ipse
3 de institutione pauca respondit. Unde nos omnia, quae de ista arte Aegyptii Babyloniique dixerunt, docilis sermonis institutione transferemus, ut hi, qui ad explicanda hominum fata formantur, pede-

1 *cf. ad p. 39, 7* 2 praefatio *addidimus* 3 matheseos *inc.* **V** *f. 10*[r] | eadem, *corr.* **v** 7 *ne conicias* nisi ⟨qui⟩, *cf. C. F. W. Mueller l. ad 26, 26 l.* 8 hypparchi **PR** hiparchi **Q** hyparchi **V** | uestigia et antiscia **Q** 9 apotolesmatum **V** 11 set **V** 12 institionis **R** 14 mutuatus **A**′ *at cf. Neue II*[3] *68 (Paul. Nol. p. 206, 1 Sid. Ap. 201, 15 Mart. Cap. 509 Fest. 153, 3 M. Boeth. arithm. p. 12, 17 Friedl. Faust. p. 107, 21. 193, 11 addit Mueller)* 15 princebs **V** | decus **A**] deus *cf. VIII fol. CIII col. 3 in.* 16 *an* quo[illegible] ⟨non⟩? 18 *expectes* exposuit *vel sim.* | nos etiam omnia **Q** [illegible] egir[illegible]tii **QV** | babiloniique **RQ**[illegible] [illegible] 21 hii **PQ** | ad om[illegible] [illegible]

ea, quae Lolliano promisimus, ⟨compleamus⟩ et, quicquid divino sapientium magisterio concepimus, veris sententiarum definitionibus explicemus.

[Nec omnia, quae dicuntur, rigida iudicationis auctoritate discussa; omnis enim, sicut nosti, nativitas mollis si fuerit, fructum dabit licet praecoquem, sed mox adulti temporis spatio mitiorem.]

1 *suppl.* **A′** | ut **P** 4—7 *verba obscura non ab auctore profecta; post II 28 ponit* **v**, *ante* matheseos *40, 3* **A**

Subscr. rubr. unc. (*minusc.* **Q**) iulii firmici materni iunioris u. c. matheseos liber primus (I **Q**) explicit. incipit liber secundus | (Prologus secundi libri *sine* incipit **Q**) | secundus *des* **M** *f. 21*v

LIBER SECUNDUS.

⟨PRAEFATIO.⟩

1 Matheseos scripturi libros eos, qui eandem discere volunt, primum instituere debemus, ut rectis initiis formati facilius pronuntiandi scientiam consequantur; non enim potest veram eius scientiam consequi, nisi fuerit primis institutionibus eruditus.
2 Fronto enim noster Hipparchi secutus antiscia ita apotelesmatum sententias protulit, tamquam cum perfectis iam et cum peritis loqueretur, nihil de institutione, nihil de magisterio praescribens. Sed nec aliquis paene Latinorum de hac arte institutionis libros scripsit nisi paucos versus Iulius Caesar et ipsos tamen de alieno opere mutuatos, Marcus vero Tullius, princeps ac decus Romanae eloquentiae, ne quid intemptatum relinqueret, quod fuisset divinum eius ingenium assecutum, versibus heroicis etiam ipse
3 de institutione pauca respondit. Unde nos omnia, quae de ista arte Aegyptii Babyloniique dixerunt, docilis sermonis institutione transferemus, ut hi, qui ad explicanda hominum fata formantur, pede-

1 *cf. ad p. 39, 7* 2 praefatio *addidimus* 3 matheseos *inc.* **V** *f. 10*r | eadem, *corr.* **v** 7 *ne conicias* nisi ⟨qui⟩, *cf. C. F. W. Mueller l. ad 26, 26 l.* 8 hypparchi **PR** hiparchi **Q** hyparchi **V** | uestigia et antiscia **Q** 9 apotolesmatum **V** 11 set **V** 12 institionis **R** 14 mutuatus **A′** *at cf. Neue II*3 *68 (Paul. Nol. p. 206, 1 Sid. Ap. 201, 15 Mart. Cap. 509 Fest. 153, 3 M. Boeth. arithm. p. 12, 17 Friedl. Faust. p. 107, 21. 193, 11 addit Mueller)* 15 princebs **V** | decus **A**] deus *cf. VIII fol. CIII col. 3 in.* 16 *an* quod ⟨non⟩? 18 *expectes* exposuit *vel sim.* | nos etiam omnia **Q** 19 egiptii **QV** | babiloniique **RQV** babylonique **P** 20 docili **A′** 21 hii **PQ** | ad *om.* **V** | facta **P**

temptim imbuti omnem divinitatis scientiam consequantur.

Sed quia mentionem antisciorum fecimus, hunc 4
locum non debemus cum dissimulatione transire. Antiscia Hipparchi secutus est Fronto, quae nullam vim habent nullamque substantiam; et sunt quidem in Frontone pronuntiationis atque apotelesmatum verae sententiae, antisciorum vero inefficax studium; eum enim secutus est, qui rationem veram non fuerat assecutus. Antiscia enim illa vera sunt, sicut et †Navigius noster probat, quae et Ptolomaeus [posterior] verae inquisitionis definitione monstravit; quae qualia sint, posterioribus huius libri partibus ostendemus monstrantes, quae pars in quam partem mittat radium. Nam apotelesmata et Fronto verissime scripsit et Graecorum libris ac monumentis abundantissime continentur. Hac itaque interim disputatione seposita ad institutionis revertamur exordia.

I. DE SIGNIS XII.

Zodiacus orbis, in quo duodecim signa infixa 1
sunt, per quem quinque planetae, Sol etiam et Luna cursus suos dirigunt, obliqua semper agitatione torquetur. Signa autem ipsa duodecim his nominibus 2
nominantur: Aries Taurus Gemini Cancer Leo Virgo Libra Scorpius Sagittarius Capricornus Aquarius et Pisces. Horum signorum diversa sunt genera, nam 3
alia sunt ex his masculina, alia feminina; masculina itaque sunt Aries Gemini Leo Libra Sagittarius Aqua-

1 inbuti **RQV** 5 hypparchi **PR** hyparchi **V** 8 antischiorum **PR** (*item* 10) 11 Nigidius *Fabricius B. L. III 119* | ptholomeus **P** ptolomeus **RQV** 12 *del. σ illatum ex v. 13* vera **A′** | diffinitione **V** 17 habundantissime **PQV** | hec **V** 18 exordia reuertamur **V** exordia *des.* **Q** *f.* 7ᵛ 20 *pro stellarum nominibus raro ponuntur signa, plerumque* saturn. iupp. mart. uen. merc. 21 quinque planetae *post* dirigunt **P** | sol *post 19* **P** 22 cursus — dirigunt *im.* **R** | torquentur **V**

rius, feminina vero Taurus Cancer Virgo Scorpius Capricornus Pisces.

II. DE DOMIBUS STELLARUM.

1 Ex his duodecim signis Sol quidem et Luna singula sunt signa sortiti, ceteri vero quinque planetae idest Saturnus Iuppiter Mars Venus Mercurius bina, in quibus singuli imperium habent ac domicilium
2 constitutum. Sed has stellas non eodem nomine quo nos aut quo Graeci Aegyptii nominant; nam qui a nobis Saturnus dicitur, ab Aegyptiis Faenon vocatur; quem nos Iovem vocamus, Aegyptii Faethontem vocant; qui a nobis Mars, ab illis Pyrois dicitur; quae a nobis Venus, ab illis Fosforos vocatur; quem nos Mercurium
3 dicimus, illi Stilbontem vocant. Est itaque Sol †et Leo et in hoc signo habet domicilium et potestatem, Lunae Cancer. Vide, quam apte quam secundum, ut masculini quidem signi dominus Sol esset, feminini vero Luna, ut pro qualitate generis sui similia sibi
4 sexus sui domicilia vendicarent. Ceteri vero quinque planetae bina, sicut superius diximus, habent signa, in quibus imperii sui exerunt potestatem; sed ex ipsis duobus signis, quae singuli possident, unum mascu-

3 *sic index, hoc loco:* quaeque habent signa haec uel domicilia   9 egiptii **V** (*idem* 10. 11) *cf. Riess apud Pauly-Wissowa II 1811*   10 fenon **RV** senon **P**   11 phetontem **V** faetontem **PR**   13 fossoros **P**   14 *post* illi *in* **P** *in textu, in* **R** *in marg. inf., sed nota huc relatum scholion:* fulgentius in libro mitologiarum primo [*c. 23*] sic de hac stella loquitur: stella (stellam **R**) uero quae stiluos graece nuncu patur, quam mercurio pagani asscribunt, ex quo etiam diei nomen inuenerunt, tantum celerior planetis omnibus currit, ut sep-
ti to
tima die suos permeet circulos, quod saturnus XXVIII annis
cim
et iupiter XII possint.   14 ♂ et *libri*] Solis domus **V**   16 Lunae] ☾, *expectes* Luna in Cancro | secundum ⟨naturam⟩ *Sittl*   17 femini[illegible] **PR** [illegible] et **P**

linum est, aliud femininum; quod ut manifestius in-
tellegi possit, omnia specialiter explicemus. Saturnus 5
habet domicilium in Aquario et Capricorno, ex quibus
Aquarius masculinum est, Capricornus femininum.
Iuppiter in Sagittario et Piscibus habet domicilium,
sed ex his unum masculinum est, Sagittarius, femi-
ninum vero Pisces. Mars in Ariete et in Scorpione
domicilium collocavit, ex quibus masculinum est Aries,
femininum Scorpius. Veneris domus sunt Taurus et
Libra, ex quibus Libra masculinum signum est, femi-
ninum vero Taurus. Mercurius domicilium habet in
Geminis et Virgine, ex quibus Geminorum quidem
signum masculinum est, Virginis vero femininum.

III. DE ALTITUDINIBUS ET DEIECTIONIBUS STELLARUM.

Scire etiam altitudinem et humiliationem de- 1
bemus, quae sint stellarum altitudines singularum, in
quibus naturali quadam sublimitate magnitudinis eri-
guntur, et quae sint earum deiectiones, in quibus
constitutae oppressa auctoritatis suae potestate minu-
untur. In altitudinibus itaque suis gaudent consti- 2
tutae, et tunc maximae felicitatis decernuntur insignia,
quotiens in genituris hominum maxima stellarum pars
partiliter altitudinum suarum signa possederint. Tunc
vero homines infelicitatum infortuniis opprimuntur,
quotiens stellarum pars maxima in his partiliter con-
stituta fuerit, in quibus humili deiectione multum de
sua potestate dimittunt. Altitudines autem dictae sunt 3
ob hoc, quod, cum in ipsa parte fuerint stellae, in
qua exaltantur, in oportunis scilicet geniturae locis

5 iupiter **RV** 6 unum *om.* **A′** 9 *de formis* Scorpius *et* Scorpio *nihil praestamus* 10 signum *om.* **V** 19 sunt **P** 21 gaudentes, *corr.* $\varkappa\sigma$ gaudent esse *Mommsen* | constitutae *om.* **V** 26 partibus **a** 27 fuerit signis *Paris.* 28 h̄c (= *autem*) *et ss.* autem *a m*[1]? (*idem* 44, 4) **P**

faciunt .... miseros pauperes ignobiles et in
quos se infelicitas assiduis continuationibus conferat.
4 Hac ex causa Babylonii ea signa, in quibus stellae
exaltantur, domicilia earum esse voluerunt; nos autem
scire debemus hac institutione formati, omnes stellas
melius in altitudinibus suis quam in domiciliis suis....
5 Sol in Arietis parte XIX. exaltatur, in Librae vero
parte XIX. deicitur; Luna exaltatur in Tauri parte
tertia, Scorpii tertia deicitur; Saturnus exaltatur in
Librae parte XXI., in Arietis rursus ⟨parte⟩ XXI.
deicitur; Iuppiter exaltatur in parte Cancri XV., dei-
citur vero in Capricorni parte XV.; Mars exaltatur
in Capricorni parte XXVIII., deicitur vero in Cancri
parte XXVIII.; Venus exaltatur in Piscium parte
XXVII., deicitur vero in Virginis parte XXVII.; Mer-
curius exaltatur in Virginis parte XV., deicitur vero
6 in Piscium parte XV. Hac ex causa Babylonii haec
signa, in quibus exaltantur singuli, domus eorum esse
voluerunt dicentes Saturni quidem domicilium esse
Libram, Iovis Cancrum, Martis Capricornum, Solis
Arietem, Lunae Taurum, Veneris Pisces, Mercurii
Virginem.

IV. DE DECANIS.

1 Singula signa in tres partes dividuntur, singulae
autem partes habent singulos decanos, ut sint in
singulis signis terni decani, quorum singuli ex tri-
ginta partibus denas possident partes et dominium
suum ac potestatem in X partes exerunt. Sunt autem

1 *lac. statuit* **A'** 3 babilonii 7 ariete | libra 8 in pauparte tauri **V** 10 libra **V** | XXI. *Val. Doroth.*] XX | ariete | parte *add. Paris.* | XXI. *Val. Doroth.*] XIX 11. 12 iupiter **P** | XV. *bis e Plin. II 65 Val. Doroth.*] XXI *et* XVIII | capricornio (*idem* 13) **PR** capricorno **V** (*idem* 13) 13 cancro 14 XXVIII.] XXV **RV** XXVI **P** | piscibus 15 uirgine 16 uirgine 17 piscibusbabilonii 20 capricornium **P** 24 *cf. IV 22* | decanis singula **PR**

infinitae potestatis et infinitae licentiae et qui fata
hominum suae potestatis auctoritate designent. Sed 2
et ipsi decani singulis stellis deputantur, et si in ipso
decano stella fuerit, licet sit in alieno domicilio, sic
est habenda, quasi in suo sit domicilio constituta;
⟨in⟩ suo enim decano constituta haec eadem perficit,
quae in signo suo constituta decernit.

In Ariete primus decanus Martis et secundus Solis, 3
tertius Veneris; Tauri primus decanus Mercurii et secundus Lunae, tertius Saturni; Geminorum primus decanus Iovis et secundus Martis, tertius Solis est; Cancri primus decanus Veneris est, secundus Mercurii, tertius Lunae; Leonis primus decanus Saturni et secundus Iovis, tertius Martis; in Virgine primus decanus Solis est, secundus Veneris, tertius Mercurii; Librae primus decanus Lunae est, secundus Saturni, tertius Iovis; Scorpii primus decanus Martis est, secundus Solis, tertius Veneris; Sagittarii primus decanus Mercurii est, secundus Lunae, tertius Saturni; Capricorni primus decanus Iovis et secundus Martis, tertius Solis; Aquarii primus decanus Veneris est, secundus Mercurii, tertius Lunae; in Piscibus primus decanus Saturni, secundus Iovis, tertius Martis.

Quidam hunc locum volentes suptilius explicare 4
terna numina decanis singulis applicarunt, quos munifices appellandos esse voluerunt id est liturgos, ita ut per signa singula novem possint munifices inveniri, ut

1 potestates **P**[a] | et qui] eo quod **V** 3 si in *κσ*] si cum 6 *add. κσ* 8 *verum ordinem exhibet Paul. Al. C* | priete **R**[a] 9 tertius — 11 secundus (Iovis) *im. inf.* **P** | (Mercurii) **V**[2] *ir.*] (Iovis) **PR** 10 (Lunae) *et* (Saturni) **V**[2] *ir.*] (Martis) *et* (Solis) **PR** 11 (Iovis) *et* (Martis) *et* (Solis) **V**[2] *ir.* | (Martis) *et* (Iovis) *et* (Saturni) [*corr. ex* (Veneris) **P**] **PR** 13 et] *possis* est (*item* 9. 20) 15 Mercurii **v**] (Saturni) 19 capricornii **P** 20 Solis **v**] (Mercurii) 21. 22 Veneris *et* Mercurii *et* Lunae **v**] (Saturni) *et* (Iovis) *et* (Martis) | in — 23 martis *im. sup.* **P** | Saturni **v**] (Lunae) 24 *cf. Salmas. 552 Stob. I 192, 14* ὡροσκόποι *Gk. Pap. in the Brit. Mus. XCVIII* 25 terna *Paris.*] alterna 26 appellandos **A**′ *Paris.*] applicandos

5 ternis munificibus decani singuli praeferantur. Rursus novem munifices, quos singulis signis dicunt esse constitutos, per infinitas dividunt numinum potestates; ab his enim dicunt repentinos casus dolores aegritudines frigus febresque decerni et quicquid illud est, quod solet nec sperantibus nec scientibus evenire; per hos volunt monstruosos ab hominibus edi partus.
6 Sed hanc nos partem in isto institutionis libro necessario praeterimus; nam et Graeci, qui secreta istius conati sunt disputationis attingere, in primis vestigiis constituti istum tractatum cum quodam dissimulationis fastidio reliquerunt. Sed nunc institutionis ordo, unde recesserat, revertatur.

V. DE PARTIBUS SIGNORUM.

Singula signa triginta habent partes; pars est autem in signo tantus locus, quantum Solis aut Lunae orbis in circuitu complectitur; sed una pars in minuta dividitur sexaginta.

VI. DE FINIBUS.

1 Licet ipsum signum alienae sit potestatis et alterius ⟨stellae⟩ habeat domicilium, tamen partes eius quasi propriae stellis singulis dividuntur, quae partes fines stellarum nominantur; hos fines Graeci oria vocant. Sed et hoc suptili debemus inquisitione colligere; nam cum ⟨in⟩ finibus suis stella fuerit inventa, sic est tamquam in suo domicilio constituta; quod totum, ut manifestius intellegi possit, debemus specialiter explicare, ut ex istis finibus geniturarum secreta

5 quidquid **R** 8 necessarie **R**^{a}**V** 10 disp. con. **sunt** **R**^{a}**P**^{a} 11 constitutionis, *corr.* *x* (constituti ⟨institutionis⟩ *σ*) *cf. de err. 96, 11* | dissimulationes **P**^{a} 17 *sc. cotidie, cf. Gemin. 2*^{c} *Gesner ad Colum. XI 2, 39* 19 *sic index, hic* de f. in singulis signis (locis **V**) 21 *add. σ* 24 subtili **PV** 25 *add.* **v** 27 intelligi **PV**

noscantur. Arietis dominus est, sicut diximus, Mars; 2 ♈ verum fines eius singulis stellis hactenus dividuntur: A prima usque ⟨ad⟩ VI. partem fines possidet Iuppiter, a VII. usque ⟨ad⟩ XII. Venus, a XIII. usque ad XX. Mercurius, a XXI. usque ad XXV. Mars, a XXVI. usque ad XXX. Saturnus; hac sunt Arietis partes ratione divisae. Tauri domina est Venus; cuius 3 ♉ signi fines hactenus dividuntur: A prima parte usque ad VIII. Venus possidet, a IX. parte usque ad XIV. Mercurius, a XV. usque ad XXII. Iuppiter, a XXIII. usque ad XXVII. Saturnus, a XXVIII. usque ad XXX. Mars; hos stellae in Tauro possident fines. Gemi- 4 ♊ norum dominus Mercurius est; eius signi fines hactenus dividuntur: A prima parte usque ad VI. Mercurius possidet, a VII. usque ad XII. Iuppiter, a XIII. usque ad XVIII. Venus, a XIX. usque ad XXIV. Mars, a XXV. usque ad XXX. Saturnus. Cancri domina est 5 ♋ Luna; verum eius signi fines hactenus dividuntur: A prima parte usque ad VII. Mars possidet, ab VIII. usque ad XIII. Venus, a XIV. usque ad XX. Mercurius, a XXI. usque ad XXVII. Iuppiter, a XXVIII. usque ad XXX. Saturnus; hos stellae in hoc signo possident fines. Leonis Sol est dominus, sed fines 6 ♌ eius hactenus dividuntur: A prima parte usque ad VI. fines Iuppiter possidet, a VII. usque ad XI. Venus, a XII. usque ad XVIII. Saturnus, a XIX. usque ad XXIV. Mercurius, a XXV. usque ad XXX. Mars. Hac-.

1 *post* noscantur *add.* de finibus *rubr. unc.* **PR** *fines sunt Aegyptiaci Ptolemaei f.* 12^r *cf. schol. Demoph. 195, 19 Paul. Al. B 3 Lepsius Chronol. I 81* 2 actenus **V** 3 ad *add. Paris.* **A′** (usque sex **P**) | iupiter **P** 4 ad *add. Paris.* **A′** 6 hec **V** | arietes P^a 7 dominus, *corr.* **A′** 8 fines signi **V** 13 Mercurius dominus **V** 15 ab VII. **P** 16 XVIII.] VIII **V** | *Ptol. Doroth. Paul. Al. Veneri quinque Marti septem partes dant* | ad *posterius om.* **V** 19 † a I usque (*ss.* ad) VII *ss.* **R** | parte *om.* **V** | *numeri paulum diversi apud Ptol., aliquantum apud Doroth. Paul. Al.* 24 ad *om.* **P** 25 Iuppiter *om.* **PR** (*in spat. 7 litt.*) **V** (*in spat. 5 litt.*), *add.* **A′** | ad *om.* **PR** 27 [illegible]

7 tenus istius signi fines stellis singulis dividuntur. Virginis Mercurius dominus est, verum fines eius hactenus dividuntur: A prima parte usque ad VII. Mercurius possidet fines, ab VIII. usque ad XVII. Venus, a XVIII. usque ad XXI. Iuppiter, a XXII. usque ad XXVIII.
8 Mars, a XXIX. usque ad XXX. Saturnus. Librae domina est Venus, sed eius signi fines hactenus dividuntur: A prima parte usque ad VI. Saturnus possidet fines, a VII. usque ad XIV. Mercurius, a XV. usque ad XXI. Iuppiter, a XXII. usque ad XXVIII. Venus,
9 a XXIX. usque ad XXX. Mars. Scorpii dominus est Mars; sed [et] fines eius hactenus dividuntur: A prima parte usque ad VII. possidet Mars fines, ab VIII. usque ad XI. Venus, a XII. usque ad XIX. Mercurius, a XX. usque ad XXIV. Iuppiter, a XXV. usque ad XXX. Sa-
10 turnus. Sagittarii dominus est Iuppiter; eius signi fines hactenus dividuntur: A prima parte usque ad XII. fines possidet Iuppiter, a XIII. usque ad XVII. Venus, ab XVIII. usque ad XXIII. Mercurius, a XXIV. usque ad XXVII. Saturnus, a XXVIII. usque ad XXX.
11 Mars. Capricorni dominus est Saturnus; sed fines eius signi hactenus dividuntur: A prima parte usque ad VII. Mercurius possidet fines, ab VIII. usque ad XIV. Iuppiter, a XV. usque ad XXII. Venus, a XXIII. usque ad XXVI. Saturnus, a XXVII. usque ad XXX. Mars.
12 Aquarii dominus est Saturnus; sed eius signi fines hactenus dividuntur: A prima parte usque ad VII. ⟨Mercurius⟩ possidet fines, ab VIII. usque ad XIII. Venus, a XIV. usque ad XX. Iuppiter, a XXI. usque ad XXV. Mars, a XXVI. usque ad XXX. Saturnus.

2 actenus **PV** 5 XXI] ſ (= *Saturnus?*) *rubro ss.* **P** | iupiter **V** (*idem* 10. 15. 18) 6 dominus, *corr.* **A′** 11 scorpius **V** 12 *del.* σ 13 possidet *om.* **V** 16 sagitarii **V** 18 iupiter **P** (*idem* 29) 19 *Ptol. Doroth. Paul. Al. Merc. IV Sat. V Marti IV partes dant* | XXIII.] XXXIII **V** 24 *paulo aliter Ptol.* | Iuppiter *e Ptol. Doroth. Paul. Alex.*] Venus | Venus *indidem* (*cf. papyr. Londin. p. 132 l. 37*)] Iuppiter 28 *suppl. ex iisdem* | *post* fines *spat. 4 litt. in* **V** 30 Saturnus *eidem*] Mercurius

Piscium dominus est Iuppiter; sed eius signi fines 13
hactenus dividuntur: A prima parte usque ad XII.
Venus possidet fines, a XIII. usque ad XVI. Iuppiter,
a XVII. usque ad XIX. Mercurius, a XX. usque ad
XXVIII. Mars, a XXIX. usque ad XXX. Saturnus.

VII. DE STELLARUM CONDITIONE.

Expositis finibus atque monstratis explicare de- 1
bemus, quae stellae per diem gaudeant et cuius con-
ditionem sequantur, quae vero per noctem gaudentes
cuius pari modo conditionem sequantur. Per diem 2
gaudent Sol Iuppiter ⟨Saturnus⟩; conditionem itaque
Solis secuntur Iuppiter et Saturnus; [non] ideo in
diurnis genituris in oportunis locis positi . . . .

* * * * * * * * * * * * * * * *

malaque decernunt. Nam si deficientem Lunam de- 3
ficiens Venus exceperit aut Mars in nocturna genitura,
tunc prospera omnia deficiens Luna felicitatesque de-
cernit; si vero plena lumine vel crescens Luna Veneri
vel Marti se aliqua radiatione coniunxerit, maximas

2 actenus **V** | XXII **V** | a prima — 5 XIX *ir.* **R** 6 *cf. Ptol.* 6ʳ *Paul. Al. C* 4 *Salmas. 172* 11 *add.* **A'** 12 sequuntur **R** | non *del.* *κ* 13 opornis **R** | locis *om.* **V** | uel pisces *post* positi *add.* **PR** *cf. 53, 15* | *lacunam non indicant libri; secundum indicem exciderunt in libris vetustis haec capita:* De formis stellarum. De ortu stellarum. De Luna quid cui astro se iungens significet. De stellis quando sint matutinae. De scematibus stellarum. De moribus stellarum et quo tempore quas vires habeant. De stellis quando sint matutinae quando vespertinae. *Pars eorum, quae in vetustis libris exciderunt, servata est in recentioribus; edidimus ex* **A B C D F**, *ubi falso extant loco: post* explicemus *43, 2 in* **ACF**; mala que *49, 15* — explicabimus *50, 7 post* positi *49, 13,* Quae stellae *50, 8* — ignitum *53, 12 post* femininum *43, 13 in* **B**; *suo loco in* **D**. — *Amissa citantur II 28, 16 III 4, 27 IV 1, 9* 15 deficientia **A** | deficiens *om.* **CD** deferens **F** | *post* deficiens *add.* ((**ABF** 16 excerperit **F** |, aut] ut **A** 17 deficiens (deferens **F**) Luna *om.* **D** *et in lac.* **C** | decernunt, *corr.* **v** 18 plena *ante* Luna *add.* **ABF** | Luna *om.* **D** | Luna — Marti *in lac. om.* **C** 19 se aliqua *κ*] hisque (his quia **A**) alia

calamitates et maxima facit infortunia concitari. Sed ideo Venus crescenti Lunae contraria est, quia naturali quodam invidiae sibi stridore dissentiunt.

4 Haec nos in hoc institutionis libro summatim dixisse sufficiat. Omnia enim plenissime et de Luna et de ceteris stellis in ceteris libris specialiter explicabimus.

VIII. DE STELLIS QUANDO SINT MATUTINAE VEL QUANDO VESPERTINAE.

1 Stellae quinque idest Saturnus Iuppiter Mars
Venus Mercurius matutinae sunt aut vespertinae aut
occiduales aut absconsae, quae a Graecis afaneis et
synodicae dicuntur, aut acronyctae. Qua autem ratione
tales fiant vel qua ex causa haec accipiant nomina,
explicemus. Matutinae sunt in ortu, quae praecedentes
orbem Solis oriuntur; vespertinae vero in ortu, quae
orientem Solem sequuntur; absconsae vero, quas ⟨Solis⟩
orbis tegit; acronyctae, quae tunc oriuntur, cum Sol
2 occidit. Hae figurae stellarum quando prosint, quando
noceant, in libris posterioribus explicabimus; neque
enim hoc a nobis sine causa dictum est. In summa

2 Lunae *x*] lumini | *cf. III 6, 11. 22. 32 IV 6, 2. 4* | *cf. VI f. LXXIV col. 1 ima* 4 instituciome? **C** *cf. 68, 10* 6 libris] stellis **A** | simpliciter **F** 8 *sic index, hic* quae stellae quando sint (sunt **AD**) matutinae (et *add.* **A**) quando uespertinae uel (*om.* **B**) que scemate (serinatę **F**) **ABDF**, *om. in lac.* **C** 10 *astronomiae plane ignarus est Firmicus* 12 occidũales **A** *scribere debebat* matutinae sunt aut vespertinae sive in ortu sive in occasu | a*f*aneis *x*] affinissae (aphinisse **D**) 13 synodoche **D** | acronite **D** achronicte **B** | ratiacione **A** 14 tales fiant *om.* **F** 15 ortum, *corr.* **v** 17 *cf. Paul. Al. E 2 ἑῷοι δὲ ἀνατολικοὶ οἱ ἀστέρες γίνονται, ὅταν ἀποδιαστῶσι τοῦ ἡλίου μοίρας ιε′ (cf. Autolyc. 106 H.) ἐν ταῖς προηγουμέναις μοίραις ἢ ἐν τοῖς προηγουμένοις ζῳδίοις . . . ἑσπέριοι δὲ (sc. ἀνατολικοί), ὅταν ἐν ταῖς ἑπομέναις μοίραις ἢ ἐν τοῖς ἑπομένοις ζῳδίοις τοῦ ἡλίου ἀποδιαστῶσι τὰς προειρημένας ιε′ μοίρας.* | in orientem **D** | *add. x* 18 achromicte **B** acronyte **F** 19 *nusquam explicatur*

autem dicendum est, quod omnibus stellis noceat
vicinitas Solis. Quidam vero volunt Martem prospere
cadere, cum Solis radiis fuerit oppressus; naturalem
enim malitiam Solem veneratus amittit. Scire etiam 3
illud nos oportet, cum quo stellae matutinae gaudent,
cum quo vespertinae; tunc enim proteguntur, quotiens-
cumque oportuna radiatione praecesserint. Cum Sole
ceterae stellae in matutino ortu constitutae gaudent;
tunc numen Solis optima radiatione protegitur, quotiens-
cumque stellarum matutino ortu fuerit ornatus. In-
efficaces vero stellae fiunt, quotiens Solis orbem vesper-
tino ortu fuerint subsecutae. In Lunae positae lumine
eius maximis radiationibus proteguntur, cum orbem
eius aliqua radiatione praecesserint. Quid autem stel- 4
larum mixtura in genituris orientium operetur, quando
stellae matutinae efficiantur, quando vespertinae ....
ostendere etiam debemus, quantis a Sole stellae par-
tibus recedentes matutinae efficiantur.

IX. QUIBUS PARTIBUS MATUTINAE STELLAE VEL VESPERTINAE FIANT.

Explicabimus enim, qua ratione vespertinae, qua vero matutinae fiant. Saturni stella cum a Sole XV

1 omnis vicinitas stellis **B** 2 Marti **BC** Marti ⊕ **A** *cf. IV 17, 9. 11* 4 submittit **v** *cf. p. 13, 15* 5 gaudeant **AD** 6 enim et **CDF** *an* enim Solem? | protegunt **D** *cf. III 4, 17. 7, 19. 13, 10 etc.* 7 processerint **AF**[a] | et *post* Sole *add.* **BCDF** | *Paul. Al. C 4 ὁ μὲν ἥλιος ἐκληρώσατο τὴν ἡμέραν καὶ τὴν ἑῴαν ἀνατολήν . . . ἡ δὲ σελήνη λέλογχε τήν τε νύκτα καὶ ἑσπερίαν ἀνατολήν* 9 lumen **v** 12 lumen **F** 13 maximus **F** 14 praecesserunt **D** *cf. Paul. E 3 ὁ δὲ αὐτὸς τρόπος (qui in Sole) καὶ ἐπὶ τῆς σελήνης δραστικώτερος καὶ ἐνεργέστερος νοείσθω.* 15 orientium *κ cl. 54, 2*] sortiente **BC** sentiente **ADF** | operatur **C** 16 efficiuntur **DF** efficientur **C** | *lac. statuit κ* 17 quantis *om.* **A** | a Sole *om.* **C** | stellae *om.* **D** 18 efficiuntur **AB** 19 *inscr. om. in lac.* **C** | *cf. Plin. II 58 sq. Paul. E 2 sq.* 21 explicauimus **DF** *fort. recte* | enim] *an* etiam? 23 Saturni *et* a Sole XV *om. in lac.* **C** Saturnus **F** | XV] duodecim **F**

recesserit partibus idest cum praecedens orta fuerit, matutina est. Simili modo etiam Iovis XII partibus recedens ⟨ortum⟩ matutinum facit [praecedentem], Venus VIII. Mars etiam praecedens et in VIII. parte constitutus matutinus efficitur. Mercurius praecedens et in XVIII. parte constitutus matutinus est. Vespertinae vero sunt, cum in isto partium numero constitutae Solem fuerint subsecutae.

X. ⟨DE MORIBUS SIGNORUM ET NATURA.⟩

1 Nunc de XII signorum natura formis qualitate substantiis anaforis explicare debemus, ut totam plenissime huius artis scientiam manifestis expositionibus intimemus.

2 Aries est signum in caelo masculinum aequinoctiale solstitiale regale, ignitum ad laniandum, quadrupes corporale oculis languidis erraticum, quod a Graecis . . . ., consonans indomitum inpurum libidinosum; domus Martis, altitudo Solis circa partem XIX., deiectio Saturni circa partem XIX., trigonum per diem
3 Solis, per noctem Iovis. Aequinoctiale vel solstitiale ideo dictum est, quod in hoc signo horas noctis ac

2 est *x*] et | Iovis XII *om. in lac.* **C** | partibus *om.* **F** 3 *corr. x*, matutina fit praecedens *Manitius* (*possis* Iuppiter . . . matutinus) 4 Venus VIII Mars *om. in lac.* **C** | in *om.* **F** | VIII. *om. in lac.* **A** | partibus **DF** 5 matutinus *om.* **F** | efficitur] est **C** | Mercurius — 6 est *om.* **C** 6 constitutus **A** | procedens in *om.* et **F** 7 vero *om.* **AB** 9 *inscr. ex indice, hic* De XII signis et natura eorum et anaforis **ABDF** De natura signorum et de fide et de (*om.* **F**) generibus **C** *et post alteram inscr.* **F** 11 substancie **C** 14 est] etiam **C** | in caelo signum **D** | masculinum *om.* **F** 15 *solstitiale non est, vertit ἰσημερινὸν τροπικόν cf. 53, 2 Heph. 47, 10* | *est βασιλικόν et πυρῶδες vel διάπυρον Maxim. 107, 6. 105, 24. 109, 16* | ad laniandum *suspectum, an* lanatum *sive* lanigerum*?* | quadruplex **C** 17 *lac. indicat* **D** | consonans *cf. III 6. 3* | *ἀσελγές Maxim. 108, 25* 18 Martis *et* Solis *om. in lac.* **C** | partes **F** 19 delectio **A** | Saturni *et* XIX. *om. inlac.* **C** | partes **CDF** | XIX.] XX 20 Iovis] *om.* **C** 21 quod hoc signum **F** *recte nisi malis* signo ⟨Sol⟩ | hore **CDF**

diei aequata moderatione componit, quod a Graecis
tropicon isemerinon appellatum est. Cum enim in
Ariete Sol fuerit, diurnas nocturnasque horas com-
ponit aequaliter, ut dies habeat XII, nox quoque XII.
Crios autem ideo a Graecis dictum est hoc signum,
quod, cum ⟨in⟩ eo Sol fuerit, inter diem et noctem
quodammodo iudicat, quod crinein dicitur, et quod
in eo signo inter hiemem positus et aestatem ipse
rursus iudicetur. Tropicum autem ideo dictum est, 4
quod in eo signo Sol constitutus vernum tempus
faciat; ver enim tunc initiatur, cum primam eius
signi partem Sol fuerit ingressus. Ignitum ideo dic-
tum est, quia, quicumque in genitura dominium [omnia
specialiter explicemus] . . . .

* *

Pisces sunt signum femininum duplex humidum 5
aquosum biforme fecundum squamosum maculosum
incurvum mutum mobile; sed unus piscis ad austrum
fertur, alter ad aquilonem. Est autem domus Iovis,
trigonum per diem Veneris, per noctem Martis, alti-
tudo Veneris circa partem XXVII., deiectio Mercurii
circa partem XV. Positum est autem hoc signum in
vento aquilone.

XI. ⟨DE ANAFORIS SIGNORUM.⟩

Explicatis signorum generibus ac formis et natura 1
eorum diligenti ratione perscripta, sicut nobis pru-
dentissimis Graecorum magisteriis traditum est, illud

1 componuntur **D** 2 topicon isemerion **F** 3 et nocturnasque **CD** (*ubi* que *del.*) **F** | componit aequaliter *om.* **CDF** 4 ut] et **F** | habet **A** 5 ideo *om.* **DF** 6 *add.* **v** 7 crinein **x**] criminon **A** criminuom **B** criminum **CDF** | indicitur **CDF** | et] eo **A** *om.* **F** 9 tropicom **A** 11 facit **A** | in eius **A** *cf. Manil. III 680 Gemin.* 2^{d} *Colum. IX 14, 12 Petav. Uranol. II 76* 12 ignitum *des.* **B** 13 domiēm **A** dominum **F** dominium *des.* **D** | *irrepsit ex 43, 3* 16 dupplex **P** | umidum **PR** 17 secundum, *corr.* **A'** 18 nobile, *corr.* **A'** 21 mercuri **V** 24 *sic* **A'**, *cf. ad 52, 9* | *de toto capite cf. praef. vol. II* 25 explicitis **PR** 26 prudentissimus, *corr.* **A'**

sequenti loco debemus ostendere, quoto anno unum-
quodque signum in genituris oriatur. Hoc autem quo
2 proficit, brevi definitione monstramus. Omnes stellae
tunc accipiunt maximam decernendi potestatem et tunc
vires suas exerunt, cum signa, in quibus collocata sunt,
orta fuerint. Oriuntur autem variis temporibus ac
diebus et secundum climata; unde, quae signa in quibus
climatibus et quo tempore oriantur, hac ratione mon-
3 stramus. In climate primo id est Alexandriae atque
in climate secundo, quod Babylonis est, ceterisque
omnibus regionibus, quae his climatibus subiacent, hoc
temporis cursu oriuntur signa: Aries oritur anno XX.,
Taurus XXIV., Gemini XXVIII., Cancer XXXII., Leo
XXXVI., Virgo XL., Libra similiter XL., Scorpius
XXXVI., Sagittarius XXXII., Capricornus XXVIII.,
4 Aquarius XXIV., Pisces XX. In climate, quod est per
Rhodum ceterisque regionibus, quae huic climati sub-
iacent, oritur Aries anno XIX., Taurus XXIII., Gemini
XXVII., Cancer XXXII., Leo XXXVI., Virgo XL.,
<Libra similiter XL.>, Scorpius XXXVI., Sagittarius
XXXII., Capricornus XXVII., Aquarius XXIII., Pisces
5 XIX. In climate vero Hellesponti ceterisque regio-
nibus, quae huic climati subiacent, oritur Aries anno
XVII., Taurus XXII., Gemini XXVII., Cancer XXXII.,
Leo XXXVII., Virgo XLII., Libra similiter XLII.,
Scorpius XXXVII., Sagittarius XXXII., Capricornus
6 XXVII., Aquarius XXII., Pisces XVII. In climate
Athenarum ceterisque regionibus, quae huic climati
subiacent, oritur Aries anno XVIII., Taurus XXIII.,
Gemini XXVII., Cancer XXXII., Leo XXXVI., Virgo
XLI., Libra similiter XLI., Scorpius XXXVI., Sagit-
tarius XXXII., Capricornus XXVII., Aquarius XXIII.,

1 quoto A′] quo toto 2 quo] quod **P** 3 diffinitione **V** 3 omnes — 8 monstramus *om.* **V** 7. 8 et *abundat* 8 ac **PR** 10 babilonis **V** 12 XX anno **V** 14 scorpio P^a 16 XXXIIII **P** | est *om.* **V** 17 rodum **P** 20 *add.* **A′** 21 *ante* XXXII *del.* XII **V** 22 XIX. ϰ] XX 24 XXII.] XXI **V**

Pisces XVIII. In climate Anconis ceterisque regio- 7
nibus, quae huic climati subiacent, oritur Aries anno XV., Taurus XXI., Gemini XXVII., Cancer XXXII., Leo XXXVIII., Virgo XLIV., Libra similiter XLIV., Scorpius XXXVIII., Sagittarius XXXII., Capricornus
XXVII., Aquarius XXI., Pisces XV. In climate Urbis 8
ceterisque regionibus, quae huic climati subiacent, Aries oritur anno XVII., Taurus XXII., Gemini XXVII., Cancer XXXII., Leo XXXVII., Virgo XLII., Libra similiter XLII., Scorpius XXXVII., Sagittarius XXXII., Capricornus XXVII., Aquarius XXII., Pisces XVII.

Hi sunt signorum ortus, quibus stellae singulae 9
ad sui efficaciam promoventur.

XII. QUAE SIGNA QUIBUS VENTIS SUBIACENT.

Illud etiam nos scire convenit, quae signa quibus sint subiecta venti; haec enim nobis scientia maxime in apotelesmatibus necessaria est. Aquiloni subiacent signa Aries Leo Sagittarius, Austro Taurus Virgo Capricornus, Afeliotae, quem nos Solanum dicimus, Gemini Libra Aquarius, Africo, qui a Graecis Libs dicitur, Cancer Scorpius Pisces.

XIII. DE DUODECATEMORIIS.

Nunc, de duodecatemoriis [a] qua ratione per- 1
quiras, breviter ostendam; quidam enim ex his putant totam se posse genitu*r*ae substantiam invenire et, quicquid in decreto celatur, ex duodecatemoriis

1 hanconis 4 XXXVIII.] XXXIX XLIV *bis*] XLI 5 XXXVIII.] XXXVI XXXII.] XXIII 7 subiacent climati **V**ᵃ 8 annorum **V** 12 hii — promouentur *im. inf.* **R** 14 quae] de **V** | ueteris **V** | *cf. Ptol. 10ᵛ Paul. Al. B 2* 19 afelloti **V** 20 affrico **P** | libys **P** lybis **V** 22 duobus decatemoriis (decath- **V**) | *cf. Manil. II 693. 726 Heph. I 18 Paul. H 4* 23 duobus dec- a *del.* **A**ʹ 26 quidquic **R** | duo-

2 posse prodi significant. Quid autem sint duodeca-
temoria, hoc dicetur exemplo. Cuiuscumque stellae
volueris duodecatemorion quaerere, partem eius duo-
decies computas et, quantae fuerint, divides eas triginta
signis singulis reddens, ab ipso signo incipiens, in quo
stella est, cuius duodecatemorion quaeritur; et in quo-
cumque signo ultimus venerit numerus, ipse tibi partem
duodecatemorii ostendit. Sed ut manifestius intellegas,
3 etiam exemplum huius rei dicimus. Pone Solem in
Ariete esse parte quinta et minutis quinque, duodecies
V. faciunt partes sexaginta, et duodecies quina faciunt
minuta LX; ⟨LX.⟩ minuta unam faciunt partem, ac
per hoc fiunt partes LXI; das Arieti, in quo Solem
esse diximus, XXX, Tauro XXX: invenitur duodeca-
4 temorion in parte prima Geminorum. Quaere itaque,
ne Luna plena per diem in finibus Martis duodeca-
temorion mittat, ne minuta idest duciens in Saturni
aut ne Mars in occasu ... aut ne Venus in Martis et
5 Mars in Veneris .... et a finibus et a decanis et
a conditionibus, ut prosint vel ut noceant, accipiant
potestatem. Deficit Iovis benignitas, cum infirmitate
signi vel partium vel decani vel conditionis inmuta-
tione benignitas eius fuerit inpedita. Sed et malitia
Saturni fortius crescit, cum ex loci qualitate vel ex
finium vel ex decani vel ex signi vel ex conditione
provocatam ad nocendum acceperit potestatem; simili
6 modo etiam ceterae stellae. Unum tamen sciendum
est quod, licet benivola sit Iovis stella, tamen contra
inpugnationem Martis et Saturni, si eam violenti radia-
tione constringant, resistere sola non possit; essent
enim inmortales homines, si numquam in genituris

decatemoriis **PR** duodecathemoriis **V** (*item* 56, 1) 3 duodecathemorion *et ita saepe* 5 reddes, *corr.* ϰ 8 intelligas **P** 9 dicemus R^a 11 quini *corr. Sittl* 12 *add.* **A'** 13 LXI | LV 17 *malimus* ⟨aut⟩ ne, nec 18. 19 *lac. statuit* ϰ 19 ueni **P** 21 infirmitatem, *corr.* 26 prouocata, *corr.* ϰσ 31 enim σ] tamen

hominum Iovis benignitas vinceretur. Sed quia sic artifex deus hominem fecit, ut substantia eius transacto certo vitae spatio solveretur, necesse fuit, ut detento Iove, per quem vitae confertur hominibus salutare praesidium, in extinguendo homine malivolarum stellarum malitiosa vel perniciosa potestas cum augmento malitiae permaneret, ut malivolis radiationibus inpugnata compago corporis solveretur.

XIV. DE OCTO LOCIS.

Nunc ad expositionem cardinum locorumque om- 1 nium transferatur intentio; nam cum haec omnia a nobis fuerint diligenter inventa, debemus singula †hominis, per quae omnis vitae hominum substantia dividitur, invenire; sed interim platice. Nam paulo post cum ad libros apotelesmatum venerimus, partiliter ostendemus rationem, qua possint loca singula secretis inquisitionibus colligi; debet enim is qui instituitur primum platice institui, ut compositus atque formatus secretiora geniturae confidentius consequatur. Cum 2 enim locus ipse partiliter fuerit inventus, considerandum est, qualis sit, in quo signo et in cuius sit finibus et quae illi stellae quatenus testimonium perhibeant. Illud etiam maxime considerandum est, dominus loci ipsius, id est signi, quo in loco sit positus vel in quali signo vel in qualibus finibus, quae res diligentissime requirenda est; et an benivolarum stellarum testimoniis adornetur an vero malivolarum inpugnatione pulsetur. Nunc ad platicam locorum definitionem revertamur, ut sic ordinem cardinum et ceterorum locorum explicare possimus.

[Sollicite legendum.] Platice vitae locus est in 3

1 sic quia **V** 2 hominum **PR** 7 praevaleret *ϰ* 9 *inscr. extat ante l.* 31 12 debemus enim **R** 14 invenire *om.* **V** 18 intistitui **R** | ut ⟨primis initiis⟩ *ϰ* 28 diffinitionem **P**a**V** deff- **P**b 31 definitio octo loco *praemittit* **R** | *del. Sittl.*

eo signo, in quo est horoscopus constitutus, spei vel
pecuniae in secundo horoscopi signo, fratrum in tertio,
parentum in quarto, filiorum in quinto, valitudinis in
sexto, coniugis in septimo, mortis in octavo. Quae
omnia initium ab horoscopo facientes hac nominum
definitione signavimus: vitae spei fratrum parentum
4 filiorum valitudinis coniugis mortis. Sed haec, sicut
superius diximus, platice ad informanda initia discentis
dixisse sufficiat; postea vero, quatenus haec loca suptili
partium definitione monstrantur, explicare curabimus.
Sane illud scire debes, quod ea, quae in virorum ge-
nituris dicimus, haec eadem et in mulierum genituris
operantur, illud scientes, quod uxorem Veneris, mari-
tum Martis sidus ostendit.

XV. DE CARDINIBUS GENITURARUM.

1 In genituris cardines sunt quattuor, ortus occasus
MC. IMC., quae loca a Graecis solent appellari his
2 nominibus: anatole dysis mesuranima ypogeon. Ortus
est pars horoscopi ...... posita, quod a Graecis dia-
3 metrum dyticon dicitur; quod ut facilius intellegas, a
parte horoscopi computa per cetera signa partes CLXXX,
et in quocumque signo CLXXXI. pars fuerit inventa,
4 in ipso signo vel parte geniturae constituitur occasus.
Medium vero caelum est ab horoscopo X. signum, sed
interdum medium caelum etiam in XI. ab horoscopo
signo partiliter invenitur; quod ut manifestius intel-

1 eo V] co R quo P | in quo] ubi V 2 peccuniae V | horoscop., *edebant post* v ab horoscopo *cf. 59, 6. 61, 19. 71, 22 III 5, 36 Maneth. VI 312* | *post* signo *add.* et PR (*in* P *fort. del.*) 6 diffinitione V (*et sic semper*) | signabimus *Sittl* 11 *aut hic* debemus *aut infra* sciens 12 dicimus — genituris *ss.* R | genituris operantur *om.* P 14 *cf. 65, 10 VI f. LXXXIV col. 2 med.* 15 cardinis P 16 *post* genituris *rubr. unc.* de cardinibus *sed del.* R | quartuor R 17 MC. IMC.] *im.* medium celum |mum caelum P 18 mesuranim. RV mesurannn P | rpogeon PR 19 horosc e posita V 20 intelligas PV (*idem* 26. 59, 7) 25 etiam medium caelum V[a]

legas, a parte horoscopi computa per cetera signa,
quae sequentur, partes CCLXX; et in quocumque
signo CCLXXI. pars fuerit inventa, haec medium
caelum sortita est, quod a Graecis mesuranima dicitur.
Imum vero caelum, quod a Graecis ypogeon dicitur, 5
in quarto horoscopi constituitur loco; quod ut facilius
intellegas, computa a parte horoscopi per ordinem
XC partes et, ubi XCI. pars ceciderit, illic IMC. locus
ponitur. Hi sunt geniturarum ac decretorum IV car- 6
dines; quos diligenti semper debemus ratione colligere,
ut omnem substantiam fati verissimis pronuntiatio-
nibus explicemus.

XVI. DE QUATTUOR SECUNDIS LOCIS.

Post hos quattuor cardines, idest post ortum 1
occasum medium caelum imum caelum, alia sunt in
genituris quattuor loca, quae sequentem et secundam
habent potestatem, id est Dea Deus Bona fortuna ac
Bonus daemon, quae a Graecis hactenus nominantur:
thea, theos, agathe tyche, agathos daemon. Dea est 2
tertius ab horoscopo locus id est tertium ab horo-
scopo signum; hic locus a Graecis, sicut diximus,
theas dicitur. Deus vero illud signum dicitur, quod
contra hoc signum in diametro fuerit constitutum,
idest IX. ab horoscopo signum; hic locus a Graecis
theos dicitur. Bona fortuna in quinto ab horoscopo
signo collocatur; qui locus a Graecis agathe tyche
dicitur. Bonus vero daemon in diametro huius signi

1 a parte a] partes 3 medium caelum m̄c P m̄c., *im.* medium cęlum R 6 ab horoscopo A' *at cf. ad 58, 2* 8 illuc V[a] | par locus V 9 hii P | geniturararum V 10 quos A'] quod | debemus semper V 13 quattuor *om.* V 16 quartuor R | loci P | sequentem et *del. Sittl* 18 actenus 19 theos thea agate thyce (-cę R) agatos demon 22 theos P *an* thea? 26 agate thyce (-cę) R

collocatur id est in XI. ab horoscopo loco; hic locus a Graecis agathos daemon dicitur.

XVII. DE PIGRIS ET DEIECTIS LOCIS.

Residua quattuor loca pigra et deiecta esse dicuntur ob hoc, quod nulla cum horoscopo societate iunguntur. Est autem ex his residuis quattuor locis primus, qui in secundo ab horoscopo signo constituitur, qui locus inferna porta dicitur vel anafora; in diametro huius signi locus qui fuerit id est in VIII. ab horoscopo signo, epicatafora appellatur. Novissima vero sunt Malae fortunae et Mali daemonis; et Mala fortuna in VI. ab horoscopo ⟨signo⟩ constituitur, Malus vero daemon in XII. ab horoscopo signo ponitur, sed Malam fortunam Graeci cacen tychen appellant, Malum daemonem id est [in] XII. ab horoscopo signum cacodaemonem Graeci vocant.

XVIII. DE OMNIUM LOCORUM ORDINE.

1 Nunc scire debemus, ex his XII locis quae praecedant, quae sequantur, id est quae loca prima sint, quae secunda, ut omnia diligenti possimus ratione
2 colligere. Horoscopus praecedit occasum, medium caelum imo caelo praeponitur, XI. locus id est Bonus daemon Bonae fortunae praefertur, IX. locus id est Deus tertio loco id est Deae praeponitur, anafora id est ⟨II. locus epicataforae id est⟩ VIII. ab horoscopo loco praeponitur, Mala fortuna id est VI. ab horo-

1 hresc. **P^a** rosc. **R^a** hrosc. **P^bR^b** 2 agatos 3 *inscr. om.* **V** | deiunctis *Salm. 83. 133. 178 cf. 69, 2 VI f. LXVII col. 1 med.* 9 qui a] si 10 apellatur **RV** | nouissime **V** 11 vero ⟨loca⟩ **A′** 12 *suppl.* **A′** 14 thecen **P** thycen **R** thicen **V** 15 in *del.* **v** 16 signo, *corr.* **v** 21 praecedet **PR** 22 imum caelum **PR** | *cf. III 1. 18 Manil. II 808* 25 *suppl.* *x* epicataphora idest VIII. ab hor. locus anaphorae praeponitur **v** *et posteri*

scopo locus Malo daemoni id est XII. ab horoscopo loco praeponitur. Scienda sunt haec autem omnia, ut, 3
cum ad apotelesmata venerimus, cuncta miscentes et temperantes sententias nostras fideli veritatis ratione firmemus.

XIX. DE DUODECIM LOCORUM POTESTATIBUS.

Specialiter nunc duodecim locorum significationes 1
explicare debemus ab horoscopo incipientes, ut expositis per ordinem omnibus confusionis obscuritas luminetur.

Primus est locus [idest] illa pars, in qua horo- 2
scopus est constitutus. In hoc loco vita hominum et spiritus continetur, ex hoc loco totius geniturae fundamenta noscuntur, hic locus ab ea parte, in qua fuerit horoscopus, vires suas per residuas partes XXX extendit. Est autem cardo primus et totius geniturae compago atque substantia.

Secundus ab horoscopo locus in secundo signo 3
constituitur et accipit initium a XXX. horoscopi parte et vires suas per XXX residuas partes extendit. Ex hoc signo spei ac possessionis incrementa noscuntur. Est autem piger locus ab horoscopo alienus; ideo et inferna appellatur porta, quod nulla cum horoscopo radiatione coniungitur.

Tertius locus est, qui in tertio ab horoscopo 4
signo constituitur, qui a LX. ab horoscopo parte initium accipiens in XC. desinit. Ex hoc loco de fratribus et de amicis cuncta dicemus. Huic loco Dea

1 malo] malus **P**^{a} 6 *inscr. hoc loco* **V** (*cf. indicem*), *ante* Primus *v. 11* **PR**, *qui hic praemittunt:* significatio XII locorum et quid (quod **R**^{a}) in quo loco quęri debeat | *cf. Paul. Al. I 4* 11 *del. Sittl; possis* locus in illa parte (*fort.* primus [est] locus . . . constituitur) | quo, *corr.* **A**′ 17 conpago **R** 18 signo *Sittl*] loco 19 horosc., *unde edebant* ab horoscopo 22 ⟨et⟩ ab *x* 23 apellatur **PRV** 25 que **PR** *et uv.* **V** 28 loca **P**

nomen est; est autem peregrinantis locus. Hic primus cum horoscopo tenui societate coniungitur; respicere enim horoscopum de exagono videtur.

5 Quartus ab horoscopo locus id est IMC. in quarto ab horoscopo signo constituitur, cuius initium a parte XC. profectum usque ad partem CXX. pervenit. Hic locus ostendit nobis parentes patrimonium substantiam fundamenta mobilia, et quicquid ad latentes et repositas patrimonii pertinet facultates. Est autem hic geniturae cardo, imum caelum autem ideo dicitur, quod in diametro MC. constituitur. Sed hic locus cum horoscopo maxima societate coniungitur, quia de quadrato horoscopum respicit et per quadratum ab horoscopo videtur.

6 Quintus ab horoscopo locus in V. ab horoscopo signo constituitur, qui a CXXI. ab horoscopo parte initium accipiens usque ad CL. partem extenditur. Ex hoc loco filiorum numerus et generis qualitas invenitur. Appellatur autem Bona fortuna, quia locus est Veneris. Sed et hic locus cum horoscopo maxima societate coniungitur et interdum in diametro huius signi MC. pars constituitur. Ideo autem cum horoscopo maxima coniunctione sociatur, quia horoscopum ⟨de trigono respicit et⟩ de trigono ab horoscopo videtur.

7 Sextus locus in VI. ab horoscopo signo constituitur; qui a CL. parte horoscopi initium accipiens usque ad CLXXX. extenditur. In hoc signo causam vitii ac valitudinis inveniemus. Qui locus Mala fortuna appellatur ob hoc, quia locus est Martis. Est

1 *an* peregrinationis? | *τὰ ἀποκλίματα ξένης σημαντικά et τρίτος ἀδελφοὶ ξενιτεία Val. ὀτὲ δὲ καὶ ξενιτείας παραίτιος γίνεται Paul. K 2* 2 ab horosc. **R** 4 IMC.] in imo (immo **V**) cęlo 6 *cf. VI f. LXXXII col. 3 ima* 8 quidquic **R** 9 patrimonia **P**[a] 10 hic *om.* **P** 11 medium caelum **PR** 16 qui **A'**] quia 18 filorum **PR** | qualitas **v**] aequalitas 19 quia **A'**] qui 22 medium caelum **PR** 24 *suppl. σ* 26 horosc. *inc.* **M** *f. 22*[r] 29 ob] ab **P**

autem etiam hic locus piger, quia nulla cum horoscopo societate coniungitur; sed interdum loci ipsius [sine] malitia sublevatur, si in eo loco stella collocata alia stella in X. ab horoscopo loco inventa prospera fuerit radiatione coniuncta.

Septimus locus in septimo ab horoscopo signo 8
constituitur; qui a CLXXX. parte profectus usque ad CCX. extenditur et illic desinit; est autem initium eius in CLXXX. parte constitutum. In hoc loco alius cardo est geniturae; appellatur autem occasus a nobis, a Graecis vero, sicut superius diximus, dysis; qui cardo est contra horoscopi cardinem positus. Ex hoc loco qualitatem et quantitatem quaeramus nuptiarum. Sed et hic locus violenta cum horoscopo societate coniungitur; de diametro enim ab horoscopo videtur.

Octavus locus in VIII. ab horoscopo signo con- 9
stituitur; qui a CCX. parte ab horoscopo profectus usque ad CCXL. partem extenditur et illic desinit. Hic locus epicatafora dicitur. Est autem piger locus, quia nec ipse aliqua cum horoscopo societate coniungitur. Ex hoc loco mortis qualitas invenitur. Scire autem nos convenit, quod nulla in hoc loco gaudeat stella nisi sola Luna, sed in nocturnis solummodo genituris. Nam si in hoc loco in nocturna genitura crescens Luna fuerit inventa et eam sic positam sine societate vel radiatione malivolarum stellarum Iuppiter ⟨de⟩ exagono vel trigono respexerit in domo sua aut in domo Veneris aut in domo Mercurii constitutam aut in domo Iovis vel ⟨in⟩ finibus earum quarum diximus stellarum, maximas decernit felicitates et ultra modum divitias et magnificas potestatum glorias et nobilitatis ornamenta perspicua.

3 sine *del.* a 4 hororoscopo V 4 *ante* -uenta *eras.* lo *in* R | prospa V 5 coniunctam M 8 desint PR | *verba* est autem — constitutum *suspecta* | autem *om.* M 13 quantatem R 18 parte V | ostenditur, *corr.* A′ 26 iupiter V (*non iam adn.*) 27 de *add.* κσ 29 *add.* A′ 32 ornementa V^a

10 Nonus locus in IX. ab horoscopo signo constituitur; cuius mensura a CCXL. <parte> profecta usque ad CCLXX. partem extenditur. Est autem dei Solis locus. In hoc loco hominum sectas invenimus; est autem de religionibus et peregrinationibus. Et hic locus cum horoscopo maxima radiatione coniungitur; de trigono enim ab horoscopo videtur.

11 Decimus locus in X. ab horoscopo signo constituitur; qui a CCLXX. parte initium accipiens usque ad CCC. partem extenditur et illic desinit. Sed hic locus principalis est et omnium cardinum potestate sublimior. Hic locus a nobis medium caelum, a Graecis mesuranima appellatur; est enim in media parte totius mundi constitutus. In hoc loco vitam et spiritum, actus etiam omnes, patriam domicilium totamque conversationem invenimus, artes etiam et quicquid nobis artium suffragio confertur; ex hoc loco animi vitia facili ratione perspicimus. Huius loci potestas cum horoscopo . . . societate coniungitur; de quadrato <enim ab> horoscopo videtur.

12 Undecimus locus <in> XI. ab horoscopo signo constituitur; qui locus a CCC. parte profectus usque ad CCCXXX. partem constituitur. Appellatur autem hic locus a nobis Bonus daemon vel Bonus genius, a Graecis agathos daemon. In hoc loco medium caelum frequenter partiliter invenitur. Est autem locus Iovis et cum horoscopo non parva societate coniungitur; de exagono enim horoscopum videt <et> de exagono ab horoscopo videtur.

13 Duodecimus locus in XII. ab horoscopo signo

1 signo] loco **M** 2 *addidimus* | profecta] constituta **V** | ad] a **M** 3 *θεοῦ ἡλίου τόπος Val.* 4 *μυστικῶν ἢ ἀποκρύφων πραγμάτων κοινωνίας Val.* 6 trogono **P**[a] 13 mesuranona 14 uita et spiritus, *corr.* **a** *cf. IV 1, 2. 21, 1. Ptol. 29*[r] *ī2. 54*[r] *8* 16 quidquic **R** quidquid **V** 17 sufragio **M** 19 *supple* maxima *vel* violenta 20 ab *add.* **A'** 21 locus ab horosc XI, *corr.* **A** 22 parte consti| **V** 24 locus *om.* **M** *in f. l.* 28 et *add.* **A'**

constituitur; qui locus a CCCXXX. ⟨parte⟩ profectus usque ad CCCLX. partem constituitur. Hic locus a Graecis cacos daemon appellatur, a nobis Malus daemon. Ex hoc loco inimicorum qualitas et servorum substantia facili nobis significatione monstratur. Vitia etiam in hoc loco et aegritudines invenimus. Sed et hic piger locus est, quia nulla cum horoscopo societate coniungitur. Est autem locus Saturni.

Sane patrem et in viri et in mulieris genitura Sol ostendit, matrem Luna, uxorem Venus, Mars maritum.

XX. DE NOMINIBUS DUODECIM LOCORUM ET QUID SINT ⟨STELLAE⟩ SORTITAE ET APOTELESMATA IPSARUM.

Nunc, quia duodecim locorum qualitates nomina 1
substantiam diximus, brevi debemus haec eadem loca
significatione monstrare. Initium itaque sit nobis horo-
scopus, cuius principium loca cetera subsecuntur. His 2
itaque nominibus haec loca appellari conveniet: vita,
spes, Dea vel fratres, parentes, filii, valitudo, coniunx,
mors, Deus, medium caelum, Bonus daemon, Malus
daemon. Per haec nomina et per haec loca totius
geniturae substantia quaeritur; quae cum diligenter
inspexeris animoque conceperis et omnia commixta
societate coniunxeris, animadverte, quae stellae loca
ipsa possideant. Conditiones etiam diurnarum ac noc- 3
turnarum stellarum diligenter inspicies, sed et qualia
singulis locis benivolae stellae testimonia perhibeant,

1 *add.* **A′** 7 hoc **P**ª | locus piger **M** 9 patrem **A′**] et parentes *cf. VI f. LXXXIII col. 3 ima Ptol. 29*ʳ *12* 10 *cf. 58, 14* 12 *inscr. ex indice* (stellae *add.* *x*); *hic* quae stella quid sibi uindicet. de duodecim locorum nominibus 15 qualatates **R** 18 subsequuntur **M** 19 apellari **M** appellare **P** 20 coniux **V** 23 substantiae genitura **M** 24 conspexeris ceperis **V** 28 testimonię **P**ª

qua vero haec loca malivolae stellae radiatione per-
4 cutiant. Quemcumque enim locum benivolae stellae
respexerint vel in eodem loco constitutae vel de tri-
gono vel de exagono, omnia, quae quaerenda diximus,
5 feliciter proveniunt. Si vero sine testimonio beni-
volarum stellarum solae malivolae stellae vel ibidem
constitutae vel de quadrato vel de diametro haec eadem
infecerint loca, pro qualitate uniuscuiusque loci omnia,
quae diximus in singulis locis videri debere, crebris
6 infortuniorum calamitatibus cumulant. Si vero et beni-
volae et malivolae stellae pari radiatione respexerint,
et felicitas minuitur et infortunium mitigatur et tota
loci substantia mediocri aequabilitatis ratione com-
ponitur, ut a malivolis nocentibus benivolarum stel-
7 larum salutari praesidio liberentur. Inspice etiam, quae
stella in quo loco constituta cuius stellae domicilium
vel fines possideat, et, si in aliena domo fuerit con-
stituta, inspice dominum ipsius, quem locum geniturae
possideat, et an in primis cardinibus sit geniturae an
vero in secundis locis an in pigris, et in altitudine
sua an in deiectione, et an in quibus gaudeat signis
8 an in quibus naturali quodam dolore tristetur. Si
enim dominus signi bene fuerit collocatus, felicitatis
ipsius partem etiam illa stella, de qua quaerimus, ex
hospitis gaudio mutuatur; si vero dominus ipsius signi
aliqua sit ratione deiectus, etiam illa stella, de qua
quaerimus, licet sit in oportunis geniturae locis posita
et ad praestandum aliquid facili sit ratione firmata,
ex deiectione illius stellae, quae signi domina est, par-
9 ticipatis deiectionibus impeditur. Et hoc ex nostris
actibus facili potes ratione colligere: si cuius domum

2 quecumque **PRV** 4 omnia *om.* **P** 12 et felicitas *inc.* **Q** *f. 12r* 14 mauolis **R** 15 liberetur *Mommsen* 20 et ⟨an⟩ in **A′** 21 in *posterius om.* **V** 25 mutuatur **Q**] mutatur + ratione deiectus **MPRV** | *cf. Manil. II 964* 26 deiectione mutatus **M** 27 sit *om.* **M** 29 ex] et **Q**

hospitii gratia fueris ingressus et dominus domus
felicibus sublevatur augmentis, et tu particeps feli-
citatis existis; laetitiae enim gaudium hospitii tui
felicitatibus mutuaris; si vero hospes tuus misero sit
squalore deformis et deiectis infortuniorum casibus
implicatus, etiam et te participata doloris atque in-
fortunii tormenta conficiunt. Sic et stellae, signorum 10
domini cum bene fuerint collocati, ... deiciunt
et ad status sui conditionem habitatorem atque hospi-
tem domus suae [eum] aequata societatis ratione
componunt et ad sui licentiam formant hospitis po-
testatem. Quaere etiam, si diurna genitura est, qua- 11
tenus stellae, quae diurnis genituris gaudent, positae
sint et quatenus quae nocturnis; si enim stellae, quae
per diem gaudent, in diurna genitura principales pos-
sederint locos et in primis cardinibus fuerint inven-
tae, maxima felicitatis incrementa decernunt. Si vero
stellae, quas per noctem gaudere diximus, in diurna
genitura principalia loca vel primos geniturae posse-
derint cardines, infinita infortunia continuatis calami-
tatibus indicunt. Hoc et in nocturnis genituris ob- 12
servare debemus, sed inmutato ordine potestatis; nam
si in nocturna genitura stellae, quas diximus gaudere
per noctem, principalia loca vel primos geniturae pos-
sederint cardines, simili modo maxima felicitatis aug-
menta decernunt. Si vero in nocturnis genituris, quas
diximus diurna conversatione gaudere, principalia loca
vel primos geniturae possederint cardines, totum felici-
tatis ornatum caducis faciunt miseriarum casibus im-
plicari. Haec omnia si diligenti fuerint ratione col- 13

1 gratia hospitii V | domus *om.* Q 2 subleuetur Q 3 ⟨ex⟩ hospitis κ 4 tuos P^a 5 cosibus P 6 etiam et] *cf. III 9, 5; Pelagon. index p. 213; Optat.; Paul. F. p. 2. 8, 21. 1, 86. 3, 151. 6 M. (Mueller)* | infortimu P 8 *lac. statuit Sittl* | deficiunt V 9 statu P 10 *del.* v 14 nocturnis ς] nocent diurnis 15 posederint R possederunt V 19 principacilia R | possiderint PR 21 inducunt M 22 mutato M 24 possederent PR (*idem* 28) 28 possiderent Q 29 ordinatum R 30 si] sili R

lecta et si benivolarum stellarum malivolarumque mixturas, locorum vim et signorum et partium potestates aequata coniunctionis comparatione sociaveris, totum hominem a primo usque ad novissimum diem et omnem eius vitam ac spem, fratres etiam parentesque et filios, valitudinem coniugem mortem sectam actus honores peregrinationes domicilium fundamenta, substantiam amicorum inimicorum, accusationes pericula facili definitionis explicatione designas.

14 Haec in hoc institutionis libro sufficienter interim diximus; verum cum ad apotelesmata venerimus, omnia primum platice, deinde subtili interpretatione dicemus cuncta facili designatione monstrantes, ne pronuntiandi scientiam aliqua trepidatio dubitationis impediat.

XXI. DE QUALITATIBUS GENITURARUM.

Illud etiam scire nos convenit, quod mediocris ⟨est⟩ genitura, quae unam stellam in domicilio suo constitutam in principalibus geniturae locis habuerit collocatam; mediis etiam felicitatibus sublevatur, qui duas stellas in domiciliis suis in oportunis geniturae locis habuerit positas; ultra modum felix ac potens erit, qui tres habuerit; prope ad deorum accedit felicitatem, qui quattuor stellas in domiciliis suis habuerit constitutas. Ultra hunc numerum humani generis substantia non patitur. Qui vero nullam stellam in domicilio suo habuerit constitutam, ignotus ignobilis et miseris erit semper actibus implicatus.

1 maliuorumque **R** -lorumque Q^b 5 uitam eius **Q** 6 ualet- **RV** 8 amicos inimicos *σ* inim. *cum* acc. *iungunt Sittl Mommsen Mueller* 9 explicatione diffinitionis **Q** | designabis *κσ* 10 sufficiter **PR** 13 demonstratione signantes **V** 14 trepidatione **P** | dubutationis **R** 15 *inscr. om. hoc loco, add. ex indice codicum* **VA** 17 *suppl.* **V** 21 ac] et **V**
† numerum
23 suas P^a 24 modum **M** 27 erit *post* actibus **M**

XXII. DE DIAMETRIS TRIGONIS QUADRATIS EXAGONIS DEIUNCTIS SIVE ABLEPTIS.

Instituendum mathematicum etiam illud in primis 1
docere debemus, quid sit diametrum, quid trigonum,
quid quadratum, quid exagonum, quid ableptum,
quod sit etiam trigonum dextrum, quod sinistrum,
quod exagonum dextrum, quod sinistrum. Arietis dia- 2
metrum est Libra et Librae Aries; Tauri diametrum
est Scorpius et Scorpii Taurus, et cetera omnia signa
simili modo; sed ut non solum oculis hoc, sed et
computatione invenias, brevi docemus exemplo: a signo
ad aliud signum septimum quod fuerit, hoc est dia-
metrum; sed haec semper maligna ac minax radiatio
est. Trigonum ⟨est⟩ a signo, a quo initiamus, V. 3
signum, quod hoc docetur exemplo: ab Ariete usque
ad Leonem trigonum, a Tauro usque ad Virginem;
sic per omnia signa quodcumque [in] signum V. fuerit,
hoc est trigonum. Scire etiam debemus, quod sit dex- 4
trum trigonum, quod sinistrum. Dextrum trigonum
est, quod ab eo signo, a quo incipimus, retro est, sini-
strum vero, quod abante; utputa Arietis dextrum tri-
gonum est Sagittarius, sinistrum vero Leo, et simili
modo Leonis dextrum trigonum est Aries, sinistrum
Sagittarius; Sagittarii dextrum trigonum est Leo, sini-
strum est Aries. Sic et in ceteris omnibus signis
trigona quaeris; haec est prospera felixque radiatio.
Quadratum est ab eo signo, a quo inchoamus, quod 5

2 sive] uel **Q** | aleptis, *corr.* **A′** 3 in primis illud **Q** 5 exagonium **Q** | aleptum **M** 6 quod sit *Sittl*] quid sit 6 *et* 7 quid *ter* **Q** 8 libra — 9 est (*post* est *eras.* scorpius) *supra lin.* **P** 9 est *om.* **M** | scorp^{u}itaurus **P** 10 simili] eodem **Q** 11 dicemus **Q** 12 usque ad **Q** | quod] si quidem **Q** 14 est *add.* **A′** 15 dicetur **V^{a}** 17 quodcunque **M** | *del.* σ | signum **P^{a}**] signo 20 *cf. Manil. II 284* 24 sagittarii *om.* **Q** sagittarius **PR** 24. 25 est aries sinistrum est leo (aries. sinistrum sagit leo **M**), *corr.* **A′** 26 quaeres **v** 27 incoamus **QV**

quartum fuerit signum; quod hoc docetur exemplo:
Arietis quadratum est signum Cancer et Cancri Libra
6 et Librae Capricornus et Capricorni Aries. Sed quod
sit quadratúm dextrum, quod sinistrum, simili
ratione, sicut in trigonis diximus, invenies; nam quod-
cumque retro fuerit, quadratum dextrum est: quadra-
tum Arietis sinistrum Cancer, dextrum Capricornus,
sicut in ceteris omnibus quadratis, quod retro fuerit,
dextrum est, quod abante fuerit, sinistrum. Et haec
minax est radiatio et malitiosa potestate composita.
7 Exagona hoc idem sunt quod trigona, nisi quod
minoris potestatis; exagonum est itaque ab eo signo,
a quo initiamus, tertium, utputa Arietis sunt exa-
8 gonum Gemini. Quod vero sit exagonum dex-
trum, quod sinistrum, sicut cetera invenies; sed ne
qua sit controversia, etiam huius rei damus exempla:
Arietis dextrum exagonum est Aquarius, sinistrum
vero Gemini; sic et in ceteris signis, quod retro fuerit,
dextrum et sinistrum, quod est abante. Sed exagona
illa sunt potiora, quae habent in medio tropica vel
duplicia signa, inefficacia vero, quae signis solidis
dividuntur.

XXIII. QUAE RATIO CONIUNGIT HOROSCOPO TRIGONA QUADRATA DIAMETRA EXAGONA.

1 Nunc illud breviter explicandum est, cur quaedam loca cum horoscopo diximus radiationis societate coniungi, quaedam vero aversa esse ab horoscopo et quodam modo aliena, quae non inmerito pigra diximus; omnia enim explicare debemus, ut iste insti-

5 iuuenis **Q** | quodcunque **M** 7 capricorni sinistrum uirgo dextrum aries, *corr.* σ (*sim.* **A′**) 8 sic **M** *an* sic et? | retro est dextrum quod **Q** 13 exagoni (i *ex* a **M**), *corr.* *Sittl* 16 contrasia (o *supra* a) **P** controsia **R** 17 arieti, *corr.* **v** 19 et] est, ? 20 sunt illa **Q** | *cf. VI f. LXXIV col. 3 med.* 21 dupplicia **P** 23 horoscop. (horosc. **M**) 25 quur **PR** 26 brosc. **PR**

tutionis liber plena matheseos substantia muniatur. Omnia signa invicem sibi obligata iunguntur; cur 2 hoc dixerimus, breviter addisce. Omnia signa XXX habere diximus partes. Si itaque has XXX partes duodecies iunctas in unum feceris numerum, perficis CCCLX partes, quae per omnia XII signorum corpora dividuntur. Unde omnia sibi signa invicem vicinitas coniunctionis adsociat; quaecumque itaque integro partium numero iuncto CCCLX partes fecerint, ipsa sibi aequata societatis ratione iunguntur.

Exagonum diximus cum horoscopo et cum ceteris 3 radiationis societate coniungi; quod sit autem exagonum, et ante diximus et nunc partiliter intimamus: ⟨a⟩ parte horoscopi quaecumque LX. pars fuerit, ipsa exagonum latus demonstrat; si itaque sexies LX miscueris, ut integer CCCLX partium numerus impleatur, aequa societate coniungitur.

Trigonum, id est V. ab horoscopo locus et ceteris, 4 sive sit dextrum trigonum sive sinistrum, maxima diximus cum horoscopo vel cum ceteris societate coniungi; sed et hoc qua ratione fiat, breviter explicamus. A prima horoscopi parte profecti in CXX. parte hunc locum constituimus. Si itaque CXX partes triplicaverimus, [primum] integrum CCCLX partium numerum complemus; hac ratione coniunctionis iste locus horoscopo iungitur, sed et omnia trigona hac sibi societatis ratione iunguntur.

Quadratum quoque cum horoscopo diximus validissima 5 radiationis societate coniungi; sed et huius coniunctionis rationem breviter ostendam. A parte

4 dix. hab. XXX **V** 8 sociat **Q** | quaecunque **M** | itaque *om.* **Q** 9 iuncta, *corr.* κ 10 aequata κ] aequalitas | radiatione, *corr.* κ | iungitur, *corr.* **A'** 11 dicimus **M**[a] 12 radiationibus, *corr.* κσ | autem *in confinio lin. geminat* **P** 14 a *add.* **A'** | pras **R** part. **Q** 16 integre, *corr.* κ 18 quinque **P** 21 explicabo **Q** 22 p̄ *posteriore loco libri, edebant* partem, *corr.* σ 24 primum *del. Sittl* 25 *et* 27 radiatione, *corr.* κσ *dici potest* radiationis societas 30 radiationem, *corr.* **a** (*idem* 72, 10)

horoscopi profecti in XC. parte hunc locum constituimus; quadruplicantes itaque XC partes integrum CCCLX partium numerum complemus. Vide quam oportune quadratum sit latus signi: quia quadruplicatus XC partium numerus omnem substantiam CCCLX partium complet, ideo quadratum nomen accepit. Haec in omnibus quadratis ratio est.

6 Diametra etiam diximus cum horoscopo radiationis societate coniungi; sed et huius coniunctionis rationem explicabo. A prima horoscopi parte ⟨profecti in⟩ CLXXX. parte hunc locum constituimus; si itaque CLXXX partes duplicaverimus, integrum numerum CCCLX partium facimus. Unde quia duo integri numeri id est CLXXX bis iuncti integram CCCLX partium substantiam reddunt, maxima sibi haec loca societatis ratione iunguntur. Haec in omnibus diametris ratio est.

7 Quae vero loca sunt ita posita, ut partes eorum nulla vel duplicatione vel triplicatione vel quadruplicatione integrum CCCLX partium numerum perficiant, nulla cum horoscopo nec cum alio signo societatis ratione iunguntur. Ac per hoc, quodcumque signum extra hunc numerum fuerit inventum, pigrum et ableptum dicitur.

XXIV. DE SIGNIS QUIBUS PARTIBUS CORPORIS SINT ATTRIBUTA.

Explicare debemus, signa XII quas partes humani corporis teneant; hoc enim et ad apotelesmata vehe-

5 omem **M** 8 de diametris *praemittunt* **MPRV** | raditionis **R** 10 *suppl.* **A′** 14 numeri *om.* **Q** | XXX (*om.* CL) **M** 16 radiatione, *corr.* *κσ* (*idem* 21) 17 ratio] radiatio (ratio est et radiatio **Q**) 18 vero] uo **Q** 19 duplicationem (dupp- **P** [*item* 12] *atque etiam* **Q**) uel triplicationem uel quadruplicationem **MPR** 22 quodcunque **M** 24 *inscr. sic in indice et* **Q** descriptio corporis **M** (*qui add.* de duodecim signis) **PR** de XII signis **V** *cf. Sext. Emp. 731, 28 Manil. II 453 IV 704* 27 et *om.* **Q** *fort. recte* et hoc enim **V**

mentissime proficit, praesertim cum locum valitudinis vel vitii volueris invenire. Caput hominis in signo Arietis est, cervix in Tauro, umeri in Geminis, cor in Cancro, pectus et stomachus in Leone, venter in Virgine, renes <et> vertebrae in Libra, natura in Scorpione, femora in Sagittario, genucula in Capricorno, tibiae in Aquario, pedes in Piscibus. Sic per haec signa tota membra hominis dividuntur.

XXV. QUIS DEORUM QUOT ANNOS DECERNAT.

Nunc illud explicare debemus, quae stella quot 1
horas dies menses annos bene collocata plures, pauciores vero male collocata decernat. Cum datorem 2
vitae diligenter inspexeris, id est dominum geniturae, et videris, quo sit in loco positus et in quali signo et in qualibus <partibus>, sed et dominus signi ipsius, in quo est vitae dator constitutus, simili ratione perspexeris, quo sit in loco et in quo signo et in quibus partibus constitutus, <Solem> quoque et Lunam quatenus dator vitae et benivolae stellae respiciant, facile totius vitae poteris definire substantiam. Nam si et ipse dator vitae bono in loco sit positus <et in bono signo> et in bonis partibus, integer annorum decernitur numerus, praesertim si datorem vitae Iuppiter in diurna <genitura>, Venus in nocturna prospera radiatione sustentent. Saturnus si dator vitae fuerit 3
et [in] integrum decreverit annorum numerum, LVII

1 cum [locum] val. [vel] vitia σ 2 uoluerit, *corr.* **v** | capud **P** 3 humeri **PQV** | in *posterius om.* **PQRV** 5 et *add.* **a** 8 menbra **RQ** 9 *sic* **MV** (*qui* amnis) *om.* **PR** quot annos dš geniturae discernat uitae **Q** *cf. Salmas. 212* 10 stellę **P** 12 cumditorem **PR** cum conditorem **Q** *cf. IV 19 sibi repugnat III 2, 23. 6, 34* 15 *suppl.* **A′** | ipsius signi **Q** 18 *add.* ϰ *cf. IV 19, 31* | quatinus **V** 19 uitae *om.* **Q** | facilem **Q** 20 deffinire **MV** | et si **M** 21 *suppl.* **A′** 23 dator **M** | iup. **R** 24 duurna **M** | *suppl.* **A′** | prospa **P** 26 *del.* **A′** | decreuit, *corr.* **v** | *numeri partim turbati cf. praef. numeri minimi VI*

annos decernit; si vero male decreverit, XXX annos
4 aut menses XXX et horas XII decernit. Si Iuppiter
dator vitae fuerit et bene decreverit, LXXIX annos
decernit; si male, annos XII aut menses XII et dies
5 XII horas XII. Mars si dator vitae fuerit, si bene
decreverit, LXIII annos decernit; si male, ⟨annos⟩
6 XV aut menses XV dies XV horas XII. Sol si bene
decreverit, CXX annos decernit, si male, XVIII annos,
7 si medie, XLV. Venus si bene decreverit, LXXXIV
annos decernit, si male, annos VIII dies VIII horas
8 XII. Mercurius si bene decreverit, CVIII annos de-
cernit, si medie, LXXIX, si male, annos XX aut
9 menses XX dies XX horas XX. Luna si bene de-
creverit, LXXXIV annos decernit, si male, XXV.
10 Si itaque dominus vitae vel dator vitae id est dominus geniturae in domo sua vel in altitudine sua vel finibus suis fuerit et conditionis suae stellae bonum ei testimonium perhibeant id est bona illum radiatione respiciant et ipsae stellae, quae testimonium perhibeant, bene sint positae, maior annorum decernitur numerus. Mediam vero aetatem tunc decernunt, si dator vitae sit quidem in finibus suis vel in suis domiciliis aut in ortu suo, horoscopus vero in Libra.

f. LXXXIV col. 4 ima VII f. XCVI col. 2 ima 1 decreuit **MQ** | 2 *fort.* ⟨dies XXX⟩ horas XXX 3 decreuit **Q** | LXXXVIIII **P** 4 decernit **M**] decreuit **PQRV** | et dies XII *om.* **M** 6 LXIII] XLIII **Q** LXVI *Paul. et Val. cf. Procl. paraphr. 66* | *suppl.* **V** 7 *nempe* horas XV | Sol] Sed **P**[a] 8 CCXX **P** | XVIII] XIX *Paul. et Val.* | *medii Solis anni LXIX et dimidius apud Val., at Iovis XLV et dim.* 9 LXXXIII **V** 10 VIII annos **Q** annos VIIII **V** | *nempe* horas VIII 11 *CVIII Lunae, contra LXXVI Mercurio annos dant Val. Paul. cf. Procl.* 12 si medie LXXIX *post* horas XX *l. 13* **Q** LXXVIII **V** *medii anni XLVIII apud Val.* 14 *cf. ad l. 11* 17 in finibus **MA'** 19 testit|monium **V** 23 hortu **P** 24 libris, *corr.* **A'** *Libram plurimos decernere expectes annos, quod maximam habet anaphoram, cf. II 11*

XXVI. DE TEMPORUM DOMINO.

Chronocratorem dixerunt Graeci temporum do- 1
minum; sed initium temporum in diurnis genituris
Sol accipit et ceteris dividit, in nocturnis Luna; nec
aliam rationem admittas, quia haec ab omnibus pro-
batur. Cum itaque Sol dominus temporum fuerit, 2
tenet dominatum annos decem menses novem; simili
modo et Luna, cum domina temporis fuerit, tenebit
annos decem menses novem. In diurna itaque geni-
tura primum decennium Sol accipit, secundum, qui in
genitura per signorum cursum in secundo loco fuerit
inventus, tertium, qui post secundum fuerit, et simili
modo ceteri; quod ut manifestius intellegas, hoc do-
cemus exemplo. Si in diurna genitura Sol in Ariete 3
fuerit inventus, ipse erit decennii dominus, sed et in
quocumque alio signo fuerit. Quicumque itaque in
Tauro fuerit, ipse erit secundo loco; qui post Taurum
fuerit, ipse enim est tertius; sic et in ceteris. Hoc
modo et in nocturnis genituris a Luna inchoantes
faciemus. Sed quicumque decennium sortitus fuerit, 4
licet sit totius temporis dominus, omnibus tamen
stellis totam decennii substantiam dividit a se in-
cipiens et postea illis tradens, qui sunt per ordinem
positi, primo illi tradens de his qui sunt per ordinem
positi, quicumque in themate secundus fuerit in-
ventus.

1 *inscr. ita* **V** *et ir.* **Q** (*qui* dominio) *et index;* de temporum diuisione (*haec om.* **M**). de cronocratore diurno et nocturno et cui quot annos diuidat et de anno et de diebus **MPR** *cf. Salmas.267 infra VI f. LXXXV col. 3 sqq.* 2 -chratorem **MP** -chatorem **V** 4 nec *om.* **V** 5 haec *om.* **Q** 6 *de ratione Salmas. 234* 8 temporum **v** 9 *ante* VIIII *del.* X **V** 12 tertius **R** *aliam rationem sequitur 94, 13* 13 intelligas **PQV** 16 -cunque *bis* **M** (*item* 20. 25) 18 ipse erit **A′** fuerit, ⟨tertio loco erit;⟩ *σ* 20 decennum **P**[a]**R** 22 stellam, *corr.* **A** 24 de his — positi *del.* **A** | per] in **V**

XXVII. DE DISTRIBUTIONE TEMPORUM.

1 Quanta autem sit temporum distributio, breviter
ostendemus: Sol accipit menses XIX, Luna menses
XXV, Saturnus menses XXX, Iuppiter menses XII,
Mars menses XV, Venus menses VIII, Mercurius
2 menses XX. Quid autem ista temporum distributione
fiat, in libris apotelesmatum dicemus ostendemusque,
quid quae stella suscipiens tempus ab alia stella de-
cernat; omnia enim, quae nobis proveniunt bona vel
mala, ista temporum ratione colligimus. Fines etiam
vitae sic invenientur et omnis geniturae substantia
3 et totum, quod stellarum ordo decreverit. Annum
autem facillimis rationibus invenimus; nam ab horo-
scopo semper sumit exordium, et primus annus erit,
in quo est horoscopus constitutus, secundus in secundo
4 signo, tertius in tertio, et sic ceteri per ordinem. Alii
in diurna genitura a Sole hoc idem faciunt, in noc-
turna ⟨a⟩ Luna; et habet rationem.

XXVIII. ⟨DE ANNI DIVISIONE.⟩

1 Dies etiam totius anni stellis singulis dividuntur;
quatenus autem dividantur vel unde initium accipiant,
2 etiam hoc monstrare curae habebo .... quando aegri-
tudines, quando inbecillitates, quando lucra, quando
damna proveniant, quando gaudia, quando dolores.
Nam cum benivolae stellae dies acceperint, ab omni
malo liberamur; cum malivolae, tunc nos repentini

1 diuisione **Q** *ut index* 3 *cf. pap. Paris. (Wessely Denkschr. Wien 36) 835—849* 4 iupiter **R** (*idem* 77, 6) 6 mensium **V**^{a} *cf. lib. VI f. LXXXV col. 3* 8 quae stella quid **M** | quaeque **v** | discernat **V**^{a} 14 sumit semper **M** 15 horosc. est **V** 18 a *add.* **v** | habent **V** 19 *suppl. ex indice* 20 enim **V** | singulis stellis **Q** 21 sumant **V** 22 habeo **Q** | *lac. statuimus* 24 dampna **PQV** 26 nos **A**] n̄ri **MQRV** n̄re **P**

infortuniorum casus inpugnant. In quocumque itaque 3
signo anni ⟨principium⟩ fuerit, eius signi dominus primos accipit dies et post ipsum ceteri, prout sunt singuli constituti. Quae itaque stella quot dies sortitur, etiam hoc docebo: Sol dies LIII, Luna LXXI, Saturnus LXXXV, Iuppiter XXX, ⟨Mars XLII⟩, Venus XXIII, Mercurius LVII. In hoc dierum spatio omnia, 4
quae nobis obveniunt, invenire possumus, sed prius signorum ac locorum qualitate perspecta; nam bene collocata si aut tempus aut menses aut dies fuerit sortita et sit benivola, omnia bona decernit. Si vero malivola stella tempus aut menses aut dies acceperit et male sit collocata, infortunia pro locorum qualitate decernit. Omnia itaque prudenti inquisitione pertractans totam verissime genituræ poteris explicare substantiam.

XXIX. DE ANTISCIIS.

Ex istis institutis omnibus, quia tractatum anti- 1
sciorum paulo ante distulimus, hunc locum nunc explicare debemus, ne quid a nobis in ista institutione praetermissum esse videatur. Antiscia Graecorum 2
sunt nobis magisterio tradita; nam nolo aliquis suspicetur, quod non sit apud Graecos ipse tractatus; nam et Ptolomaeus nullam aliam rationem sequitur nisi antisciorum, et Antiochus, cum dicit, quod enim

1 quocunque **M** 2 *suppl.* *x* annus **V** 3 primus **Q**[a] 5 dies LVI **P** 6 XXX] XXXIV *Val. cf. praef.* | *XLII dies et dim. Marti dat Val., ergo optio inter XLII et XLIII* 9 bene collocata *et* benivola *sedes mutare mavult* *x* 10 tepus **V** (*idem* 12) 13 qual. loc. **Q** 14 discernit **M** | pertrantans **M** 15 uerissimae **MPR** 16 sententiam et substantiam **Q** 17 *ita* **MPRV** (*qui* antisticiis) de numeris antisciorum et apotelesmatum **Q** *cf. ind.* 18 *sanumne* ex istis? 19 *cf. 41, 3* 20 quis **P**[a] 24 et *Némethy*] si | ptolomeus **MQR** tholomeus **P** ptholomeus **V** *Ptol. antiscia non novit, sed βλέποντα eius f. 9*[v] *congruunt; quibus sane nihil tribuit. Cf. Gemin. 11*[e] 25 anthiocus **MPRV** | enim (eum **R**[a]): *cf. Lucif. Cal. 95, 10; Hartel patrist.*

Libra Arietem propter terram quae media est non videat, quasi per speculum quidem antisciorum rationem attigit; Dorotheus vero Sidonius, vir prudentissimus et qui apotelesmata verissimis et disertissimis versibus scripsit, antisciorum rationem manifestis sen-
3 tentiis explicavit, in libro scilicet quarto. Nunc, qua ratione colligantur antiscia, breviter explicabo. Initium antisciorum aut a Geminis et Cancro est aut a Sagittario et Capricorno. Inchoamus itaque nos instituentes a Geminis et Cancro; Gemini in Cancrum antiscium mittunt et Cancer in Geminos, Leo in Taurum et in Leonem Taurus, Virgo in Arietem et Aries in Virginem, Pisces in Libram et Libra in Pisces, Aquarius in Scorpium et Scorpius in Aquarium, Sagittarius in Capricornum et Capricornus in Sagittarium. Si rursus ⟨initium⟩ a Sagittario et Capricorno fecerimus, simili modo in Geminis et in Cancro desinunt. Haec itaque semper omnia sagaci debemus inquisitione tractare, ne aliquando tam honesta professio falsis
4 apotelesmatum mendaciis obumbretur. Sed hoc, quod de antisciis diximus, non sufficit, nisi etiam partes explicatae specialiter fuerint, quae in quam partem mittant et cuius antiscium rursus ipsae suscipiant. Et illud scire inter cetera oportet, quod in XXX. partem signi nulla pars mittat et quod XXX. in
5 nullam partem mittat antiscium. Hoc itaque exemplum, quod de Geminis et Cancro fecimus, ad omnium signorum antiscia pertinebit: Geminorum pars I. in XXIX. Cancri partem mittit antiscium, rursus Cancri XXIX. pars in primam Geminorum partem antiscium

stud. II 39 not. 1, Keil ad Varr. p. 49, Hand Turs. II 378 (Mueller) 2 *nempe* quoddam 3 attingit **Q** *quod sic verum putat* *x*, *ut Libra subiectum sit et scribatur:* quod cum Libra .... ratione attingit | sidorius **Q** | prudentistissimus **Q** 4 apoth- **M** | dissert- **P** 8 a *prius om.* **P** 10 cancro **V** | antiscia **Q** 12 ariete 14 Scorpium] scorp (scop. **R**) | scorpio **V**[a] 16 sic **V** | *suppl.* **A'** | capricornio **R** capricon. **Q** 18 omnia semper **M** 19 nec **Q** 26 mittant **MPRV** 30 prima — parte

mittit; II. in XXVIII., XXVIII. in II.; III. in XXVII., XXVII. in III.; IV. in XXVI., XXVI. in IV.; V. in XXV., XXV. rursus in V.; VI. in XXIV., rursus XXIV. in VI.; VII. in XXIII., XXIII. in VII.; VIII in XXII., XXII. in VIII.; IX. in XXI., XXI. rursus in IX.; X. in XX., XX. rursus in X.; XI. in XIX., XIX. rursus in XI.; XII. in XVIII., XVIII. rursus in XII.; XIII. in XVII., XVII. rursus in XIII.; XIV. in XVI., XVI. rursus in XIV.; XV. in XV., rursus XV. in XV., XVI. in XIV., XIV. rursus in XVI; XVII. in XIII. et rursus XIII. in XVII.; XVIII. in XII., XII. rursus in XVIII.; XIX. in XI., rursus XI. in XIX.; XX. in X., rursus X. in XX., XXI. in IX., rursus IX. in XXI.; XXII. in VIII., rursus VIII. in XXII.; XXIII. in VII. et rursus VII. in XXIII.; XXIV. in VI., VI. rursus in XXIV.; XXV. in V., rursus V. in XXV.; XXVI. in IV., rursus IV. in XXVI.; XXVII. in III., III. rursus in XXVII.; XXVIII. in II., II. rursus in XXVIII.; XXIX. in I., rursus I. in XXIX. Ita Gemini et Cancer 6
in se mittunt antiscia; nam pars, a qua exceperit antiscium, ad eam a se rursus mittit antiscium. Sic itaque in semetipsis mittunt Taurus et Leo, sic Virgo et Aries, sic Libra et Pisces, sic Scorpius et Aquarius, sic Sagittarius et Capricornus. Ut hoc itaque 7
manifestius intellegi possit, scilicet quod signum in quod signum antiscium mittat, ipsas partes specialiter scripsi, ut omnis obscuritas solveretur; in quamcum-

1 mittunt **R**[a] | II.] secunda *qualia non adnotamus* | XXVIII *semel* **P** 3 XXIV rursus **Q** 4 XXIII *bis*] XXIIII *bis* **PR** 5 rursus *om.* **Q** 6 in *ante* X *om.* **M** 9 et rursus XV **MV** rursus XV et **PR** 10 XIII. XIII rursus **V** 11 in XVIII] in XIII **Q** 13 IX., IX] IX. VIII **Q** | et rursus VIII **PR** | in VII.] in //// (*eras.* X) in VII **R** | et *om.* **QV** 15 rursus VI **Q** 16 rursus V — 17 in XXVI *im.* **R** | XXV] XV **PR** 17 XXVI] VI **P** | III. II rursus **R** 18 rursus II **QV** 19 XVIIII **MPRV** | XVIIII **M** VIIII **PR** | ita] sic **M** 20 a qua *et in nova linea* ex qua **M** 21 sic **A′**] sicut 25 intelligi **PQV** | quod scias scilicet **PQR** 27 quamcunque **M**

que itaque pars prima antiscium miserit, ab ea suscipit ipsa rursus antiscium, sic secunda, sic ceterae. Geminorum itaque et Cancri scripsimus partes, quod exemplum etiam in ceteris signorum partibus servari convenit, et eorum scilicet signorum quaeque invicem in se dicimus antiscium mittere.

I	XXVIIII	XV	XV
II	XXVIII	XVI	XIIII
III	XXVII	XVII	XIII
IIII	XXVI	XVIII	XII
V	XXV	XVIIII	XI
VI	XXIIII	XX	X
VII	XXIII	XXI	VIIII
VIII	XXII	XXII	VIII
VIIII	XXI	XXIII	VII
X	XX	XXIIII	VI
XI	XVIIII	XXV	V
XII	XVIII	XXVI	IIII
XIII	XVII	XXVII	III
XIIII	XVI	XXVIII	II
XXVIIII	I		

8 Sic Taurus in Leonem, sic Leo rursus in Taurum;
sic Aries in Virginem, sic Virgo rursus in Arietem;
sic Pisces in Libram, sic Libra rursus in Pisces; sic
Scorpius in Aquarium, sic Aquarius in Scorpium; sic
Sagittarius in Capricornum, sic Capricornus rursus in
9 Sagittarium. Si quae se itaque stellae in ordinatione
geniturae non viderint, quaerendum est, an sibi per
antiscium sociata radiatione iungantur. Cum enim
antiscium sic miserint, ut trigonica se per antiscium
vel quadrata vel diametra vel exagona radiatione coniungant, sic decernunt quasi sic sint simplici ordi-

3 exemplis **M** 4 etiam in ceteris *geminat* **Q** | ceterorum σ 5 et *del.* ϰ 6 anticium **R** 22 tarus **M** | leone | tauro 23 uirgine | ariete 24 libra | pisc **MPRV** piscibus **Q** 25 scorpio **MPR** | in aquario | scorp 26 rursus *et* 27 itaque *om.* **Q** 29 socia **M** | iugantur **V** 30 se per v] saepe 31 exagona uel alia **Q**

natione compositae; et sic omnia ista mixturarum ratione complentur. Quod cum feceris, omnia, quae in fatis hominum quaeruntur, facillime poteris invenire. Est autem ratio haec latens antisciorum naturali firmata consensu; quam rationem alio tempore explicare curabo.

10 Quantum autem antisciorum vis valeat et quantum antisciorum ratio operetur, ex hac genitura discere poteris, quam subicere curabimus. Is, in cuius genitura Sol fuit in Piscibus, Luna in Cancro, Saturnus in Virgine, Iuppiter in Piscibus in eadem parte in qua Sol, Mars in Aquario, Venus in Tauro, Mercurius in Aquario isdem cum Marte partibus, horoscopus in Scorpione, eius geniturae pater post geminum ordinarium consulatum in exilium datus est, sed et ipse ob adulterii crimen in exilium datus et de exilio raptus in administrationem Campaniae primum destinatus est, deinde Achaiae proconsulatum, post vero ad Asiae proconsulatum et praefecturam urbi Romae.

11 Quicumque hominum, antisciorum nesciens rationem, si Solem cum Iove isdem partibus in V. ab horoscopo loco id est in Bona fortuna, †inde etiam Iovis Iovem cui dederit†, patrem beatum felicem potentem et cetera de ipso huiuscemodi pronuntiat; de exilio vero eius et adsiduis insidiis nihil poterit pronuntiare, nisi

1 istarum **Q** 2 radiatione, *corr.* σ | *post* complentur *in* **MP**, *ante* et sic *in* **R** *spatium vacuum propter tabulam* | quodcumque **PQR** 6 *non explicavit his quidem libris* 9 curabimus *om.* **V** *cf. 83, 25* | is] in **Q** | *genitura est Ceionii Rufii Albini cos. a. 335, praef. urbi a 30. Dec. 335 usque ad 10. Mart. 337, cuius pater C. Ceionius Rufius Volusianus cos. fuit a. 311 et 314 (Mommsen Herm. 29, 468)* 14 scorp **MPR** | geniturae *cf. VI f. LXXXII col. 4 ima VII f. XCIII col. 4 in. XCIV col. 4 med.* 15 est et de exilio receptus **Q** 16 crimen *om.* **V** 17 ammin- **Q** 18 ⟨ad⟩ Achaiae κ 23 *in extremis latet* viderit σ; *loci patris i. e. IMC (Aquarii menttionem fieri putes; possis* et in diametro Iovis Saturnum viderit *cf. Maneth. III 136* κ | partem **PQR**ª 24 huiusscemodi **P** (*idem* 83, 19) 25 assuis **M** | insiduis in sidus **Q**

intentionem suam ad antisciorum rationem transtulerit.
12 Meministi dixisse nos, quod Pisces antiscium in Libram mittant et Libra rursus in Pisces. Sol itaque et Iuppiter in Piscibus pariter constituti, in Libram mittentes antiscium, in hoc signo, in quo humiliatur atque deicitur, et in XII. loco geniturae id est in cacodaemone, paternum genus ostendit ignobile et ipsi patri famosum decernit exilium; Iuppiter vero, cuius vim ac potestatem antiscii radius ex signo Piscium ad Librae transtulit signum, in XII. loco id est in cacodaemone per antiscium [fuisset] constitutus plurimos et ipsi et patri eius excitavit inimicos et eos
13 superiores esse perfecit. Ecce etiam aliud, quod patri decrevit exilium: nam in Virgine constitutus Saturnus Solem de diametro vidit et antiscium eius [de] diametra radiatione respexit; nam in Virgine constitutus antiscium in Arietem misit. Antiscium itaque eius in Ariete constitutum ⟨et⟩ Solis antiscium, quod in Libram fuerat missum, per diametrum sibi facta contraria amplissimi ordinis decreto in exilium mitti fecerunt ob hoc, quod Saturni et Solis antiscia in cosmicis
14 constituta sideribus de diametro se viderunt. Ipsum vero quae ratio exulem fecit vel quae ratio adulterum (hoc enim illi crimen obiectum est), hac ratione monstratur. Diximus Cancrum in Geminos antiscium mittere; in Cancro itaque Luna constituta antiscium suum misit in Geminos, cuius antiscium in Aquario constitutus Mars de dextro latere respexit; et est perni-

3 pisc **MPR** piscibus **Q** | Sol] Sed **P** 5 humiliatur *sc. Sol de quo etiam sequentia solo dicuntur* 6 atque] et **V** 7 cacademone **Q** 8 auxilium, *corr.* **A′** 9 ex **v**] est et 10 loco geniturae **Q** in] a **Q** 11 fuisset (fuerit **Q**[a]) *del. Sittl* 12 et ipsi patri **Q** 14 in *in confin. lin. geminat* **P** 15 lolem **Q** | diuidit **M**[a] | de *del.* ϰ | diametri, *corr.* **A′** 18 et *add. Sittl* 19 libra, *corr. Sittl* | fuerit, *corr.* **v** 20 decreta, *corr.* **a** 21 saturnus | costnicis **Q** *sunt aequinoctialia* 22 constituti **PQRV** | syderibus **P** | uiderint **R**[a] 23 ration **P** 24 ratio **P** 25 gemin **MPR** 27 gemin **M** gemi **PR** geminis **Q**

ciosus, quotiens de quocumque latere crescentis Lunae
lumen exceperit. Nam superior effectus cum multis
corporis vitiis postremo hunc eundem exulem fecit.
Sed ipse Mars in Aquario constitutus in Scorpionem 15
antiscium misit, in quo signo pars horoscopi fuerat
constituta; et primum quidem partem vitae id est
horoscopi in IMC. constitutus violenta radiatione per-
cussit; deinde Lunae antiscium [eius] in Geminis con-
stitutum plena trigoni radiatione respexit; tertio anti-
scium eius in horoscopi parte sedit; quarto antiscium
Martis, quod in horoscopum miserat, Lunam in Cancro
constitutam de trigono vidit. Ex omnibus itaque late- 16
ribus crescens Luna Martis percussa radiis multis vali-
tudinibus oppressum postremo exulem fecit; et, nisi
Iuppiter in Piscibus constitutus horoscopum de tri-
gono vidisset, numquam fuisset de exilio liberatus et,
nisi Lunam ⟨in⟩ altitudine sua (altitudo enim Iovis
est Cancer) de trigono vidisset, [ut] biothanatus inter-
isset; sed et deficere huiuscemodi Iovis beneficia in
prioribus partibus diximus ob hoc, quia tertio die
Luna in Leone constituta de diametro se plena lumine
Martis radiis impegit; et hic enim dies, id est ter-
tius, plurimum in modum in genituris operatur. Quae 17
vero illum ratio adulterum fecit, etiam hoc explicare
curabo. In Aquario constitutus Mars antiscium in
Scorpionem misit; in occasu itaque geniturae Venerem
positam antiscium Martis invenit; est enim misera
Venus et multis calamitatibus inplicata, si in occasu

4 scorpione PRV scorp M 5 fuerit P 7 in] idest in V IMC. a] medium caelum | rediatione P 8 lunam, *corr.* σ | eius *del.* σ 9 trigonica ϰ 11 Cancro] hanc P 12 uidet Q 14 opressum R | nisi v] si 15 pisces 16 de exillo PR 17 nisi v] si | in *add.* Q′ | altitudo — cancer *post* esset 19 *ponit* M 18 ut *del.* a | biothenatus V | interisset A′] in terris esset 20 *neque hoc dixit neque qua in parte Cancri Luna fuerit collocata* 21 se ϰ] suo *cf. 110, 3. III 6, 1. IV 19, 14* 22 radiis martis Q | haec MPRV 23 modum in] hominum σ 24 radiatio V 26 itaque *om.* M 28 implicita Q

posita violenta Martis radiatione pulsetur. Et rursus
antiscium Veneris in Leonem missum Martem in
Aquario constitutum in IMC. de diametro respexit;
sed ex imo caelo Mars sine antiscii ratione Veneri
quadrata radiatione coniungitur. Ex omnibus itaque
rationibus et per semetipsos et per antiscia in prin-
cipalibus cardinibus geniturae Venus et Mars aut qua-
dratis aut diametris radiationibus inimico se genere
societatis inpugnant. Haec illum ratio adulterii reum
18 fecit. Mercurius vero in Aquario constitutus sine testi-
monio Iovis, id est in domo Saturni, et Saturnus in
domo Mercurii commutatis invicem domibus abscon-
sarum litterarum scium faciunt. Quod vero Venus de
Tauro in Leonem misit antiscium, id est in domum
Solis, et in medium caelum, de istis criminibus im-
19 peratorem in illum fecit sententiam dicere. Honores
illi maximos in IX. loco in domo sua pleno lumine
Luna constituta decrevit, praesertim quia in nocturna
genitura conditionis suae secuta potestatem in decer-
nendis honoribus habuit principatum; doctrinam etiam
et tantam litterarum scientiam inmutatis domibus Sa-
turnus Mercuriusque decreverunt, ut oratio eius ac
20 stilus veteribus auctoribus conferatur. Cuius haec
genitura sit, Lolliane decus nostrum, optime nosti.
Tractatis itaque his universis invenies, quanta vis sit
antisciorum; quam si qui diligenti fuerit disciplina

1 rursus si **MV** 2 uenus 3 imum caelum | respexerit, *corr.* *κ* 4 medio caelo **M** | antisci **PR** 5 ratione **QV** 7 et cardinibus **P** | et Mars **A′**] aut mars 8 rationibus inimicos, *corr.* **A′** 12 commutatur **PR**[a] 13 littarum **PR** | antiscium, *corr.* **v**; *de Albini doctrina CI VI 1708 Boeth. in Ar. de interpr. I 1* 14 domo 15 imperatorum **V** 16 Honores — 23 conferatur (*post h. v. repetunt libri* cuius hęc genitura sit optime nosti) *huc transposuimus, cum in libris extent post* 23 cuius haec — 85, 2 fallit intentio 17 plena **A′** 21 conscientiam, *corr.* **A′** | saturni **Q** 22 que] quia **PQR** 24 maxime optimeque **Q** 26 scientia et disciplina **Q** | si quis **A′**

consecutus, numquam eum tractantem fata hominum coniecturae fallit intentio.

XXX. QUALIS VITA ET QUALE INSTITUTUM ESSE DEBET MATHEMATICIS.

Nunc tu, quicumque hos libros legere conaris, 1
cum omnem divinitatis scientiam acceperis et cum
naturae sacris imbutus atque initiatus sacrati operis
disciplinam ... ad imaginem te divinitatis similitudi-
nemque forma, ut sis semper praeconio bonitatis
ornatus. Oportet enim eum, qui cotidie de diis vel
cum diis loquitur, animum suum ita formare atque
instruere, ut ad imitationem divinitatis semper ac-
cedat. Quare et disce et exequere omnia ornamenta 2
virtutis et, cum te his instruxeris, esto facilis ac-
cessu, ut, si qui voluerit aliquid sciscitari, ad te cum
nullo terrore trepidationis accedat. Esto pudicus in-
teger sobrius, parvo victu, parvis opibus contentus,
ne istius divinae scientiae gloriam ignobilis pecuniae
cupiditas infamet. Dato operam, ut instituto ac pro-
posito tuo bonorum institutum ac propositum vincas
sacerdotum; antistitem enim Solis ac Lunae et cete-
rorum deorum, per quos terrena omnia gubernantur,
sic oportet animum suum semper instruere, ut dignus
esse tantis caerimoniis omnium hominum testimoniis
comprobetur. Dabis sane responsa publice et hoc 3
interrogaturis ante praedicito, ⟨quod⟩ omnia quidem
illis, de quibus interrogant, clara sis voce dicturus, ne
quid a te tale forte quaeratur, quod non liceat nec

1 trantantem **P**ª tractante **Q** 2 conlecturae **M** 3 qualem **V** 4 debet esse **M** | debeat mathematico **Q** 5 quicunque **M** | dignaris *Mommsen* 8 *lac. statuit Sittl,* didiceris *e. gr. suppl. Mommsen* | te *om.* **Q** 10 cum **R**ª | cottidie **R** 11 atque instruere *om.* **M** 13 quaere, *corr.* **a** | exsequere **MR** 14 his *om.* **M** 15 quis **V** 16 inter sobrios, *corr.* σ 18 sententiae **PQRV** | nobilis, *corr.* **A'** 20 unicas **P**ª 21 ac] et *per comp.* **M** 25 dabit **M** 26 *suppl.* **v** 27 responsurus et dicturus **Q**

4 interrogare nec dicere. Cave ne quando de statu rei-
publicae vel de vita Romani imperatoris aliquid inter-
roganti respondeas; non enim oportet nec licet, ut
de statu reipublicae aliquid nefaria curiositate disca-
mus. Sed et sceleratus atque omni animadversione
dignus est, si quis interrogatus de fato dixerit im-
peratoris, quia nihil nec dicere poterit nec invenire;
scire enim te convenit, quod et haruspices, quotiens-
cumque a privatis interrogati de statu imperatoris
fuerint et quaerenti respondere voluerint, exta semper,
quae ad hoc fuerint destinata, venarum ordinis in-
5 voluta confusione conturbent. Sed nec aliquis mathe-
maticus verum aliquid de fato imperatoris definire
potuit; solus enim imperator stellarum non subiacet
cursibus et solus est, in cuius fato stellae decernendi
non habeant potestatem. Cum enim fuerit totius orbis
dominus, fatum eius dei summi iudicio gubernatur, et
quia totius orbis terrenum spatium imperatoris sub-
iacet potestatibus, etiam ipse in eorum deorum numero
constitutus est, quos ad facienda et conservanda omnia
6 divinitas statuit principalis. Haec ratio et haruspices
turbat; quodcumque enim ab his invocatum fuerit
numen, quia minoris est potestatis, maioris [est] po-
testatis, quae enim est in imperatore, non poterit
explicare substantiam; cui enim omnes ingenui, omnes
ordines, omnes divites, omnes nobiles, omnes honores,
omnes serviunt potestates, divini numinis et inmor-
talis sortitus licentiae potestatem in principalibus
7 deorum ordinibus collocatur. Quare, quicumque ali-
quid de imperatore quaesiverit, nolo eum truci ac
severa responsione conturbes, sed ei docili sermone

2. 3 vel — imperatoris *et* oportet nec *del. Mommsen* 3 licet nec oportet M 4 dicamus PQR^{b}V 7 poteris (*om.* Q), *corr.* v 9 -cunque M (*item* 22. 29) | int. a priu. V 11 fuerant v | ordines, *corr.* σ 13 stellarum definire M 14 enim] autem P^a 20 facienda et ad Q 23 est *del.* a 24 enim: *cf. ad 77, 25* 28 pripalibus R 30 quaesierit M (*idem* 87, 4 *cum* P)

persuade, quod nullus possit de vita principis aliquid
invenire, ut persuasionibus tuis monitus istum furorem
temeritatis correcto mentis errore deponat; sed nec
deferre te volo, si quis aliquid male quaesiverit, ne,
cum ille ob inlicitas animi cupiditates capitali sen-
tentia fuerit subiugatus, mortis ipsius causa extitisse
videaris; quod alienum est a proposito sacerdotis.
Sit tibi uxor, sit tibi domus, sit honestorum ami- 8
corum copia, sit ad publicum assiduus accessus, esto
ab omnibus contentionibus separatus, nulla negotia
nociva suscipias, nec te aliquando pecuniae augmenta
sollicitent, esto ab omni crudelitatis ardore sepositus,
numquam alienis iurgiis vel capitalibus ac pestiferis
inimicitiis gaudeas, sed tibi in omni conversatione
placeat quieta moderatio; fuge seditiones, fuge semper
turbulenta certamina. Amicitiae fidem fortibus copu- 9
lationibus stringe. Da operam [da], ut in omnibus
actibus fides tua incorrupta permaneat; numquam
conscientiam tuam falsis testimoniis polluas, num-
quam pecuniae fenus exerceas, ne alienis necessitatibus
miserum tibi pecuniae conferatur augmentum; iuris-
iurandi fidem nec promittas nec exigas, praesertim si
propter pecuniam exactum fuerit, ne propter pecuniae
miseram stipem divina numinum praesidia implorata
esse videantur. Errantibus hominibus, praesertim quos 10
tibi amicitiae necessitudo coniunxit, rectam vivendi
viam monstra, ut tua institutione formati praeteritis
vitae liberentur erroribus, ut non solum responsis,
sed etiam consiliis perditas hominum possis instituere
cupiditates. Numquam nocturnis sacrificiis intersis,
sive illa publica sive privata dicantur; nec secrete

2 persuationibus **R** 3 errorem **M** 5 sententiae *Mommsen Hosius* 6 extisse uidiaris **R** 9 pubplicum **P** 11 nosciua **V** | peccun- **PV** (*et* 20. 23 *bis*) 14 inimiciis **MV** 17 stringendam operam da (operanda, *in fine* m *eras.* **R**); *corr.* **A'** 20 pecuniae *del.* σ | ne σ] nec 21 conferatur *om.* **M** | augnemtum **R** 22 nec **M** 26 recte **Q** 31 puplica **M**

cum aliquo fabulas conferas, sed palam, sicut superius
comprehendi, sub conspectu omnium istius divinae
11 artis exere disciplinam. Nolo te vitia hominum in
tractatu geniturarum manifestius explicare, sed, quo-
tienscumque ad hunc locum veneris, responsum tuum
cum quadam ruboris trepidatione suspende, ne, quod
homini malus stellarum decrevit cursus, non dicere,
12 sed exprobrare videaris. Secerne te ab spectaculorum
semper illecebris, ne quis te fautorem alicuius esse
partis existimet; antistes enim deorum separatus et
alienus esse debet a pravis illecebris voluptatum.
13 Cum animum tuum his ornamentis ac praesidiis vir-
tutis ornaveris, adgredere hoc opus et posteriores
libros, quos de apotelesmatibus scripsimus, secura
mentis animositate persequere. Quodsi ab his insti-
tutis, quae de moribus diximus, animum tuum ex
aliqua parte transtuleris, vide, ne praeposterae cupi-
ditatis instinctu aut sacrilego temeritatis ardore ad
14 huius disciplinae secreta venias. Nec errantibus animi
cupiditatibus religionis istius arcana committas; non
enim oportet perditas mentes hominum divinis initiari
caerimoniis. Sed nec occupato animo et perdita cupi-
ditate polluto inhaerere aliquando poterit istius vene-
randae scientiae disciplina, et patitur semper iacturam
maximam, cum eam inproba professorum voluntas
15 immaculat. Itaque purus castus esto, et si te ab om-
nibus nefariis actibus separasti, qui animum pessum-
dare consuerunt, et si te rectum vivendi votum ab
omni scelerum liberavit invidia et si te purgatum et
memorem divini seminis geris, adgredere hoc opus et
posteriores hos libros memoriae trade, ut integram
tibi scientiam divinitas tradat et ad animum tuum
latente praesaga maiestate accedat, ut veram divini-

1 conferas *om.* **M** 2 huius **M** 7 cursus decr. **Q** 8 exprobrabrare **P** exprobare **V** 11 a *om.* **PQRV** 16 aliqua ex **Q** 19 huis **R** | peruenias **M** 20 archana **MPQV** 27 qui **a**] quae 28 uiuendi **Q**] uidendi 31 posterioris **V** 33 latenter *Mommsen*

tatis scientiam consecutus in definiendis fatis hominum et in explicando vitae cursu non tantum lectionibus, sed propriis mentis iudiciis instruaris, ut plus tibi divinitate animi quam lectionum magisterio conferatur.

2 in *om.* **PQR** | cursum **M** 4 tibi **A'**] ibi (ibi de **Q**) 5 *subscr.* Iulii Firmici Materni Iunioris u. c. matheseos liber II explicit; *deinde* Incipit liber III (tertius **PR** III feliciter **V**) **MPRV** Incipiunt capitula libri tertii **Q**

LIBER TERTIUS.

PROOEMIUM.

1 Matheseos sermo totus qui pertinet ad definitionem apotelesmatum in sententias transferatur, ut patefactis omnibus atque monstratis, quae divini veteres ediderunt, studiosis huiusce artis viris tota plenissime per nos insinuetur huius prudentiae disci-
2 plina. Scire itaque nos principe in loco oportet, Lolliane decus nostrum, quod ad imaginem speciemque mundi formam hominis ac statum totamque substantiam deus ille fabricator hominis natura monstrante perfecerit; nam corpus hominis ut mundi ex quattuor elementorum commixtione composuit, ignis scilicet et aquae, aëris et terrae, ut omnium istorum coniunctio temperata animal ad formam divinae imitationis ornaret, et ita hominem artificio divinae fabricationis composuit, ut in parvo corpore omnem elementorum vim atque substantiam natura cogente conferret, ut divino illi spiritui, qui ad sustentationem mortalis corporis ex caelesti mente descendit, licet fragile sed tamen simile mundo pararet hospitium.
3 Hac ex causa hominem quasi minorem quendam mundum stellae quinque, Sol etiam et Luna ignita ac

2 *addidimus* 3 qui pertinebat sermo totus, *corr.* *σ*; *in archetypo erat* qui pertinet[b] sermo[a] totus 4 ·V· in PR[a] 5 patefactis A′] praefatis 7 per nos *in confinio lin. geminat* M 8 *cf. Boll 238*[1] *Manil. IV 888 Hermipp. 18, 14* 12 quatuor MV 15 immitationis M 17 exposuit, *corr.* *σ* *nisi mavis* expolivit 20 celestę P[a] 22 mumdum R

sempiterna agitatione sustentant, ut animal, quod ad
imitationem mundi factum est, simili divinitatis sub-
stantia gubernetur. Quare illi divini viri atque omni 4
admiratione digni Petosiris ⟨et⟩ Nechepso, quorum
prudentia ad ipsa secreta divinitatis accessit, etiam
mundi genituram divino nobis scientiae magisterio
tradiderunt, ut ostenderent atque monstrarent homi-
nem ad naturam mundi similitudinemque formatum
isdem principiis, quibus ipse mundus regitur et con-
tinetur, perenniter perpetuitatis sustentari fomitibus.

I. THEMA MUNDI.

Mundi itaque genituram hanc esse voluerunt se- 1
cuti Aesculapium et Hanubium, quibus poten-
tissimum Mercurii numen istius scientiae secreta
commisit. Constituerunt Solem in Leonis parte XV.,
Lunam in Cancri parte XV., Saturnum in Capricorni
parte XV., ⟨Iovem in Sagittarii parte XV., Martem
in Scorpionis parte XV.,⟩ Venerem in Librae parte
XV., Mercurium in Virginis parte XV., horam in
Cancri parte XV. Secundum hanc itaque genituram 2
et secundum has conditiones stellarum et secundum
testimonia, quae huic geniturae perhibent, et secun-
dum istas rationes etiam hominum volunt fata dis-
poni, sicut in illo libro continetur Aesculapii, qui
Myriogenesis appellatur, prorsus ut nihil ab ista
mundi genitura in singulis hominum genituris alienum

4 petosyris **P** | et *add.* **v** | necepso (nikepso **P**[a]) | *fr. 25 Riess (Philol. Suppl. VI 376)* 5 diuin. secr. **M** 10 perhenniter **MPV** | perpetuatis *σ* | comitibus, *corr.* *κ* *Némethy* 11 *post* commisit *v. 15 libri* 12 igitur **M** 14 mercurium *cf. Manil. I 30 Boll 237* | *de genitura Pitra anal. V 300 Paul. Al. R qui numeros exhibet partim diversos; at F. semper p. XV posuisse videtur* 16 cancro **V** | capricorno **V** 17 *suppl.* **A'** 18 p. librae **V** 20 itaque hanc **M** 23 istas **a** (ista **A**)] iustas 25 *μοιρογένεσις Salmas. 535, at cf. V f. LVIII col. 1 ima VI f. LXVII col. 3 ima VIII f. CVII col. 1 ima*

esse videatur. Videamus itaque, quae stella luminibus quatenus vel qua ratione radiationis suae testimonia
3 commodarit; lumina sunt autem Sol et Luna. Saturnus se primum Lunae coniungit, nam Lunae est conditionem secutus; ideo autem conditionem Lunae sequitur, quia in feminino signo constitutus Lunae in feminino signo constitutae per diametrum radios excepit. At vero cum idem Saturnus in ista scilicet genitura ad Aquarii signum transitum fecit, Soli se rursus simili radiatione coniunxit et rursus ad eam quam Sol conditionem componitur; nam in masculino constitutus signo aequabili se testimonio radiationis adsociat, cum per diametrum Solem simili qua Lunam
4 radiatione respexerit. Hac ratione etiam Iuppiter in Sagittario constitutus est, ut in masculino signo constitutus et per trigonum testimonium Soli perhibens Solis se primum conditioni coniungeret; ob hoc in masculino signo constitutus in eiusdem generis signo constituto Soli adsociatus eius primum sequitur potestatem. Cum vero ad Pisces transitum fecerit, Lunae se rursus pari conditione coniungit; nam simili modo per trigonum in feminino ipse signo positus Lunam in eiusdem generis signo constitutam aequata con-
5 ditionis ratione respexit. Simili modo etiam Martis stella in Scorpio constituta, quia in feminino est signo, per trigonum Lunae testimonium perhibet; cum vero ad Arietem venerit, ad Solis testimonium transit; nam in masculino signo collocatus Soli trigonica se
6 radiatione coniungit. Sed ista ratio in Venere commutata est; in Libra enim constituta, cum sit ipsum

11 quam ϰ] qua | conditione, *corr. Sittl* 12 aequali **M** *fort.* aequabili ⟨illi⟩ 14 respexit **M** 17 coniungere et, *corr. Sittl* | ob hoc ⟨quod⟩ ϰ 18 maculino **R** | in eisdem g. s. constitutus (us *ex* o) in eiusdem g. s. constituto **M** 19 adsocietatus (ci *ss.*) **R** 21 modo **M**] more *rell.* 24 radiatione, *corr.* ϰ 25 in sop in scorpio **V** 27 ad Sagittarium σ, *at ad alteras domus transeunt stellae (cf. Pitra)* | transit; nam in ϰ] transitum 28 se *om.* **M**

signum masculinum, Lunae tamen per quadratum testi-
monium perhibet; verum cum ad Taurum transitum
fecerit, ⟨in⟩ feminino signo constituta et Solem qua-
drata radiatione respiciens ipsi rursus testimonium
perhibet. Mercurii vero stellam in ista genitura com- 7
munem esse voluerunt, quia neque Soli neque Lunae
per quadratum neque per trigonum neque per dia-
metrum testimonium perhibeat nec ista se cum Sole
aut cum Luna radiatione coniungat, sed †delectari
quidem per diem Soli, si matutinus, per noctem vero
Lunae, si vespertinus fuerit. Haec omnia, quae dixi-
mus, etiam in hominum genituris volunt observari
debere et putant se fatum hominis invenire non posse,
nisi istae radiationes sagaci fuerint inquisitione col-
lectae.

Sed ne quem hominum fabulosa commenta deci- 8
piant et qui putet a prudentissimis viris genituram
istam sine causa esse compositam, omnia a nobis
debent specialiter explicari, ut secreti istius pruden-
tissima ratio omnibus hominibus diligentissimis ex-
positionibus intimetur. Non fuit ista genitura mundi; 9
nec enim mundus certum diem habuit ortus sui nec
aliquis interfuit eo tempore, quo mundus divinae
mentis ac providi numinis ratione formatus est, nec
eo usque se intentio potuit humanae fragilitatis ex-
tendere, ut originem mundi facili possit ratione aut
concipere aut explicare, praesertim cum CCC milibus
annorum maior apocatastasis, id est redintegratio, per
pyrosin aut per cataclysmum fieri consueverit; his

3 *add.* a 6 ne soli V 8 perhibent, *corr. Sittl* (*sim.* A′) 8 console PR 9 aut luna M | *displicet* delegari 13 deberi, *corr.* v 14 inquisione R 16 hominem P[a] 17 qui *cf. 84,26. 85,15*] quod V ne quis v *fort.* atque 21 Non: sed *sequitur 94,8* 25 intentio se M 27 mit, *edebant* mille | *cf. Censor. c. 18,11* 28 maior] *minor dici videtur 2,24* 29 cyrosin; haec- pyrosin (ecp-) A′ *fort. recte* | cataclismum MV catadysmum P catadismum R | consuerit M

enim duobus generibus apocatastasis id est redinte-
gratio fieri consuevit. Tunc ergo exustionem diluvio
id est pyrosin cataclysmus sequitur; nulla enim re
[ab] alia exustae res poterant renasci nec ulla re alia
ad pristinam faciem formamque revocari, nisi admix-
tione aquae concretus pulvis favillarum omnium geni-
talium seminum collectam conceperit fecunditatem.
10 Sed ut esset, quod mathematici in genituris hominum
sequerentur exemplum, ideo hanc quasi genituram
mundi divini viri prudenti ratione finxerunt. Libet
itaque divinae istius compositionis explicare com-
menta, ut coniecturae istius admirabilis ratio magi-
11 sterii studio pandatur. Voluerunt Lunam ⟨ita⟩ con-
stituere, ut primum se Saturno coniungeret eique
temporum traderet principatum, nec inmerito; quia
enim prima origo mundi inculta fuit et horrida et
agresti conversatione effera, et quia rudes homines
prima et incognita sibi vestigia lucis ingressos po-
litae humanitatis ratio deserebat, Saturni hoc agreste
et horridum tempus esse voluerunt, ut ad imitationem
huius sideris ⟨in⟩ initiis vitae constituta mortalitas
agresti se conversatione et inhumana feritatis ex-
12 asperatione duraret. Post Saturnum Iuppiter accepit
temporum potestatem (nam huic secundo loco Luna
coniungitur), ut deserto pristini squaloris horrore et
agrestis conversationis feritate seposita cultior vita
hominum purgatis moribus redderetur. Tertio vero
loco Marti se Luna coniungens ei temporum tradidit
potestatem, ut rectum vitae iter ingressa mortalitas
et iam humanitatis quadam moderatione composita

1 apocastasis M 2 diluuii P diluvium A′ 3 pyrosin *Sittl*] cyrosi ita | cataclimus M cathaclismus PV cathaclysmus R 4 *del.* A′ 11 computationis *x* 12 coniuncturae, *corr.* *x* | istius compositionis M 13 panditur M[a] | *add.* *x* 14 eique *xσ*] et quae 17 agresta P[a] 18 positae, *corr.* *xσ* 20 et horridum *om.* M 21 sederis P[a]R | in *add.* *x* | mortalitas *x*] qualitas 26 conuersationes P[a] 28 traderet, *corr.* A

omnia artium ac fabricationum ornamenta conciperet.
Post Martem dominandi Venus tempus accepit; et 13
quia per gradus crescens hominum disciplina etiam
prudentiae ornamenta concepit, hoc tempus, quo mores
hominum sermo doctus excoluit et quo homines sin-
gularum disciplinarum naturali scientia formati sunt,
Veneris esse voluerunt, ut laeti ac salutaris numinis
maiestate provecti errantes actus providentiae magi-
sterio gubernarent. Ultimum vero tempus Mercurio 14
dandum esse putaverunt, cui se novissimo Luna con-
iungit. Quid hac potest inveniri dispositione sub-
tilius? Purgatis agrestibus studiis, repertis artibus
disciplinisque compositis per diversos actus humani
se generis exacuit intentio, et quia mobile ingenium
in homine unum vitae cursum servare non potest, ex
variis institutis moribusque confusis malitiae crevit
inprobitas, et †vitae scelerum flagitia gens hominum
hoc tempore facinorosis machinationibus et invenit
et tradidit. Hac ex causa ultimum tempus Mercurio
esse tradendum putaverunt, ut ad imitationem istius
sideris intenta gens hominum plenam malitiae con-
ciperet potestatem. Ex his itaque, quae per ordinem 15
gesta sunt, et his, quicumque hominum succedentium
temporum mutationem fecerunt, genitura mundi divina
coniecturae interpretatione composita est; et nobis
hactenus et origo et cursus humani generis traditur,
[et] ut hoc esset, quod in genituris hominum seque-
remur exemplum. Ne quid autem a nobis praeter-
missum esse videatur, omnia explicanda sunt, quae
probant hominem ad imitationem mundi similitudi-
nemque formatum. Apocatastasin per pyrosin et per 16

1 artius hac fabricatione, *corr.* a 2 et κ] ut 8 pro-tecti a 14 nobile, *corr.* κ 15 cursum uitae M 17 *velut cuncta aut* vitiosa (infinita *Mueller*) | hominum *om.* V 21 in-uenta, *corr.* κσ | plena, *corr.* κσ 23 quicumque hominum *con-iungendum si sanus est locus* 25 et nobis σ] ut nobis 27 et *del.* σ 31 cyrosin

cataclysmum fieri et nos diximus et ab omnibus comprobatur. Substantia etiam humani corporis completo vitae cursu simili ratione dissolvitur; et quotienscumque naturali caloris ardore corpus hominis ... nimis laxatum humorum inundationibus evaporat, ita semper aut ignito ardore decoquitur aut nimia desudatione dissolvitur. Nec aliter prudentissimi medicinae artis interpretes substantiam humani generis naturali pronuntiant fine dissolvi, nisi aut humor ignem dissolverit aut calore rursus dominante extinctus medullitus sanguis aruerit. Sic omnifariam ad imitationem mundi hominem artifex natura composuit, ut, quicquid substantiam mundi aut dissolvit aut format, hoc etiam hominem et formaret et solveret.

17 Cur autem initium signorum XII ab Ariete esse
voluerunt, etiam hoc nunc explicandum [id] est, quod
in libro institutionis [explicavimus] quaestio ista ex-
plicari non poterat, nisi fuisset mundi monstrata
genitura, quam in libro institutionis explicare non
debui, ne rudes discentis animos expositio ista ob-
18 scura interpretatione turbaret. Retractans itaque ge-
nituram mundi, quam diximus a sapientissimis viris
prudentissime esse compositam, inveni MC. geniturae
in Ariete esse positum. Ob hoc itaque, quia frequen-
ter, immo semper MC. in omnibus genituris possidet
principatum et quia hic locus supra primum verticem
est et quia ex hoc loco totius geniturae fundamenta
colligimus, oportune ex hoc signo initium signis om-
nibus datum est, praesertim cum maxima pars stel-
larum, sed et ambo lumina, id est Sol et Luna, radios

1 -clismum **MV** 4 -cunque **M** | naturalis **B**[a] | *lac. statuit* σ 5 humorem **P** | ita *ut mundus sc.* 6 dequoquitur **M** | dessudatione **V** 11 sanguis κ] ignis (*om.* **M**) 15 *cf. Macr. in somn. I 21,23 Procl. in Tim. 30*[a] *Hermipp. 52,10 Diels doxogr. 196* 16. 17 *corr.* κ 17 constitutionis **M** 18 poterant **M** 20 *an* discentium? 24 *cf. 64, 10 Manil. II 810* 26 in supremo vertice κ 27 hoc *om.* **V**

suos in hoc signum miserint. Quibus omnibus †gentibus siderum initium ex hoc signo inchoari convenit.
Nunc quia haec dicta sunt atque monstrata, 19
definiendum est, per singula geniturae loca quid constitutae singulae stellae decernant. Et quamvis quidam putent platicam istam disputationem, tamen discentis ingenium facili institutionis magisterio componit, ne quasi in tenebris constitutus mathematicus caduca erroris confusione turbetur. Sed licet platice definita haec a quibusdam putentur, etiam partiliter in hoc libro multa dicentur. Tunc enim habebunt efficaciam suam stellae, si in locis suis singulis partiliter fuerint collocatae.

II. DE SATURNI STELLA.

Saturnus per diem in horoscopo partiliter con- 1
stitutus, id est si in ea parte est qua horoscopus, faciet cum summo clamore edi partum. Erit autem iste, qui nascitur, maior omnibus fratribus, aut, si quis ante eum natus fuerit, a parentibus separatur. Semper autem deus iste per diem in omnibus quattuor cardinibus faciet primos nasci aut primos nutriri aut eos fratres, qui ante se nati fuerint, ... facit inflatos
ac superbiae spiritu sublevatos. Si vero Saturno per 2
diem in horoscopo constituto Mars alium geniturae possederit cardinem vel in anafora cardinis fuerit, multorum malorum significat adventum. Faciet enim maxima pericula et labem patrimonii; frequenter vero, si nulla ⟨se⟩ istis benivola stella in bono geniturae loco posita forti radiatione coniunxerit et si crescentis

1 signo **V** | cogentibus ϰ 6 dispositionem (dissp. **P**) **PRV** 10 quibudam **R**[1] 11 habebant **M** 12 singulae σ 14 *inscr.* **M** (*qui add.* saturnus in horoscopo) **P** (*qui* satni) **RV** (*qui* stella saturni) 7 *cf. Ptol.* 30[v] 32 22 interimi *suppl. Némethy cf.* 105, 21 *Maneth. III* 10. 26 *VI* 336 23 spiritu *om.* **V** | *cf. Maneth. I* 339 *V* 192 25 uel inafora **M** 28 *add.* **a** 29 coniunçxerit **M** 29 si **A'**] sic

3 Lunae Mars radios exceperit, biothanatos facit. Si
vero per noctem Saturnus in parte horoscopi fuerit
constitutus, is, qui sic eum habuerit, maximis lango-
ribus impeditur et magno semper labore deprimitur.
Quibusdam vero circa aquam dabit actus, sic tamen,
ut semper laboriosis conversationibus atterantur.

4 In secundo loco Saturnus ab horoscopo cum pos-
sederit locum, facit aegritudines graves et eversiones
maximas. Uxoris etiam et filiorum interemptor est
et maximarum turbarum et frequentium concitator,
sed et paternam ac maternam substantiam dissipat.
Ipsum vero, qui natus fuerit, tardiorem in omnibus
actibus facit, quibusdam perpetuas indicit corporis
5 valitudines. Si vero sic constituto Saturno Mars in
quolibet genituraе cardine fuerit et Solem per quadra-
tum vel per diametrum viderit aut Lunam crescentem
simili ratione respexerit, faciet miseros pauperes de-
stitutos et qui corpus suum cotidianis operibus oppo-
6 nant. Si vero per diem in secundo signo ab horo-
scopo fuerit, tarde et gradatim augmenta patrimonio
dabit, ipsos vero absconsos latentes et animo pau-
peres reddit et habere se aliquid semper negantes.
Quibusdam vero ex aquaticis actibus vel ex humidis
negotiis vitae subsidia largitur.

7 In tertio signo Saturnus ab horoscopo constitutus
facit pigros tardos et nullam substantiam patrimonii
requirentes. Si vero cum Mercurio ac Luna in hoc
loco fuerit, faciet cum stultitia malitiosos, sacrilega
contra divinitatem verba iactantes, perdentes semper
patrimonium suum, fures, sed quos in furto prosper
numquam sequatur eventus. Si vero his ita positis
quacumque se Mars ratione coniunxerit, accusatores

3 eum sic **M** | languoribus **P** 7 compossederit (compose-**P**) **PR** *expectes* Secundum Saturnus | cum ⟨per noctem⟩ σ 9 interemptorem et m. **M** 12 qui natus] quatinus **P** 16 per *om.* **V** | diatrum **PR**[1] 20 gradatum **PR** | patrimonii ϰ 21 latentes animo et ϰ 23 umidis **PR** 32 *nempe* radiatione

sycofantas malos malivolos invidos malitiosos faciet et mala semper morte pereuntes.

In quarto loco Saturnus ab horoscopo partiliter 8
constitutus, id est in IMC., si per diem hunc locum tenuerit, faciet pecuniarum avidos, custodes auri et argenti. Per noctem vero in hoc signo si fuerit, paternum patrimonium dissipat et citam patris mortem faciet, aegritudines etiam graves et frigidos horrores corporis, et in prima aetate faciet semper infamem. Si vero Lunam de quadrato vel de diametro viderit 9
aut si Luna in eadem parte fuerit qua ipse constituta, sterilitatem filiorum faciet; cogit eum, qui natus fuerit, alienos sibi filios adoptare aut tutores pupillorum facit et ex latentibus doloribus perpetuae valitudinis vitio deformat. Matrem vero eius, qui natus est, cito viduam reddit et ex muliebribus graves ei valitudines inrogabit stomachique facit perpetuis doloribus fatigari.

In quinto loco Saturnus ab horoscopo constitutus, 10
si per diem in isto loco fuerit, reges faciet ac duces et maxima largitur insignia potestatis. Si vero sic Saturno posito Sol in parte horoscopi fuerit inventus et coniunctionem Lunae Saturnus crescentis exceperit, perpetuas tribuit felicitates et maiorum potestatum ornamenta decernit. Si vero sic Saturno posito non Sol, sed Iuppiter in horoscopo fuerit, faciet minoris loci magistratus et cui singularum civitatum gubernacula credantur, dominos autem maximi patrimonii faciet, ita ut ex suis opibus etiam alios sustentare possint. Si vero neque Sol neque Iuppiter in horoscopo fuerint et coniunctionem Lunae crescentis exceperit et sit in quinto loco constitutus, dabit substantiam et hereditates; erunt tamen frequenter sine

1 malivolos] malitiolos **V** 4 mc̄ **M** 9 in prima *κ*] infirma 10 luna, *corr.* **A** 11 constitutus, *corr.* *Sittl* 12 sterelitatem **PR** 16 mulieribus **V** 17 inrogauit (irr- **M**), *corr.* **A′** 24 potestatem **M** 25 sic **A′**] hic 31 cres|scentis **P** 32 sustant- **M**

11 uxore aut indignis sibi matrimoniis copulantur. Si
vero per noctem istum geniturae locum Saturnus te-
nuerit, processu aetatis quantulumcumque †domino
partem felicitatis adsignat, virtutem vero eius incon-
stantem facit, tardum etiam in omnibus actibus ho-
minem et pigrum demonstrat; quosdam autem, si
deficiens se ei Luna coniunxerit, facit patrimonium
amittere et, quicquid ante quaesitum fuerat, misera
laceratione deperdere.

12 In sexto loco Saturnus ab horoscopo constitutus
omne patrimonium dissipat; male enim semper in
isto constituitur loco. Facit etiam aegritudines, prae-
sertim si deficiens se ei Luna coniunxerit vel si eum
deficiens per diametrum respexerit vel si quadrata ei
deficiens fuerit; faciet infelices infames erraticos, qui
13 in uno numquam possint consistere loco. Si autem
sic constitutum Saturnum vel de quadrato vel de dia-
metro Mars respexerit vel si cum eo in ipso signo
fuerit, faciet latentes corporis dolores vel pthisicos
dysentericos et, si sic eos positos nullius benivolae
stellae radiatio mitigarit, faciet eos, qui nati fuerint,
ex istis valitudinibus deperire.

14 In septimo loco Saturnus ab horoscopo constitutus
id est in occasu partiliter, si matutinus fuerit, ⟨in⟩
diurna scilicet genitura, bonus erit et maximam de-
cernit substantiam, sed tunc cum fuerint limen senec-
tutis ingressi; maximam enim sic positus senectutis
largitur aetatem et pecuniarum custodem faciet; laten-
tium vero corporum dolores indicit, facit enim aemor-

3 quatulumcunque **M** (-lamcunque *Sittl*) | homini paternae σ, de omni parte *Mommsen* | felicitatis *om., sed octo fere litt. abras.* **R** 11 omnem **P** 12 constuitur **P** 13 eum **V**] cum 17 constitutus, *corr.* **A'** | quadrata **M** | de *om.* **PR** 19 latentis **PR** | pthysicos **P** 20 dissintericos **M** desynterycos **P** disyntericos **R** dissentericos **V** 21 radiatione **M** 22 histis **M** 23 ab **A'**] cum 24 si] sa **P** *evan. in* **R** | *add.* **a** 25 et **A'**] si 26 fuerit **PR** 28 latentes **a** *cf. addenda* 29 emorroicos (*idem* 101, 3)

roicos aut nervorum dolore contractos. Si vero in 15
hoc loco vespertinus fuerit, fistulas circa anum facit
et simili modo aemorroicos, praesertim si ita eum
positum qualicumque Mars ratione respexerit; facit
enim reumaticos et quibus frequenter apostemata
nascantur et quos semper uxorum casus gravi doloris
acerbitate conficiant.

In octavo loco Saturnus ab horoscopo constitu- 16
tus, si per diem fuerit hactenus collocatus, procedente
aetatis tempore augmenta patrimonii largitur; quibus-
dam vero simili ⟨modo⟩ hoc loco constitutus si in
Martis signo fuerit vel Martis finibus, ex alienis mor-
tibus pecunias decernit. Si vero per noctem in hoc 17
loco fuerit constitutus, eversionem patrimonii faciet;
si Luna eum quadrata vel diametra ratione respexerit,
malum . . . . . ⟨si⟩ sic constituto Saturno in domo
Saturni Luna constituta praecedentibus eum radia-
tionibus respexerit. Quodsi Lunam sic positam cum
Saturno Mars ex aliqua parte qualibet radiatione re-
spexerit, biothanatos facit. Quodsi Mars . . . . . sit et
Iuppiter Lunam et Saturnum sic, sicut diximus, col-
locatos oportuna radiatione respexerit, bonos bonae
vitae opinionisque faciet, sed circa adfectus uxoris
semper instabiles. Bona autem radiatio trigonica est
aut exagona.

In nono ⟨loco⟩ Saturnus ab horoscopo constitutus 18
magos [ac] famosos faciet vel philosophos opinatos
vel sacerdotes templorum in magica semper opinione
famosos; facit etiam pro qualitate signorum haruspices

2 fistulas — 3 modo *post* respexerit *l.* 18 **P**, *im. inf.* **R** 3 cancaroicos **R**, *sed* cancar *in loco evan. m. rec.* 4 radiatione **a** 7 conficiant **A′**] conciliant 10 lagitur **RV** 11 loco] modo **M** *unde supplevimus,* vero si in hoc l. c. [si] **a** 13 peccunias **PV** 15 eum **v**] cum | *nempe* radiat. 16 *lac. statuit* *x*, si *add.* **A′** 20 biothanatos *bis scr. sed prius eras.* **R** byo- **P** biothen. **V** | *lac. statuit* *x*, *nisi mavis* non Mars sed I. *cf.* *99*, *26* 21 collocatus, *corr.* *x* 25 exagonica **V** 26 *suppl.* **A′** 27 ac *del.* **v** | famos **PR** | fil- **R** phyl- **P**

vates mathematicos vera semper interpretatione fulgentes et quorum responsa sic sint quasi quadam divinitatis auctoritate prolata. Quosdam autem faciet in templorum cultu semper perseverare aut praepositos religionum, interdum somniorum divinos reddit interpretes, sed et frequenter facit philosophos capillatos.

19 Si vero per noctem hoc loco fuerit constitutus, faciet iras deorum, imperatorum odia, praesertim si Luna imminuto lumine ad eum feratur quacumque ratione. Maiora autem a diis vel ab imperatore ei, qui sic natus fuerit, decernuntur mala, si sic positum cum Luna Saturnum Mars ex aliqua parte respexerit; mitigantur vero, si de oportuno loco Iovis ei radius accesserit et si in suis finibus fuerit vel in domo Solis vel in altitudine sua, si tamen se trigonica Iovi radiatione coniunxerit.

20 In decimo loco Saturnus ab horoscopo constitutus partiliter in MC. faciet imperatores, duces, praefectos praetorio. Si sic posito Saturno ⟨in his locis⟩, in quibus exaltatur, Sol in horoscopi parte fuerit constitutus, Saturnus autem, sicut ante diximus, in MC. per diem fuerit inventus, faciet honestos honestis moribus agricolas, sed locupletes, et quorum possessiones aut mari aut fluviis aut stagnis semper adiacent. Dabit etiam substantias maximas, magnam gloriam et ⟨a⟩ maioribus personis hereditates, praesertim si sic ei posito ⟨Mars⟩ nulla se radiatione coniunxerit. Quodsi Mars eum sic positum respexerit validissima coniunctione, haec, quae diximus, minora
21 praestabit. Si vero per noctem in MC. fuerit inventus, infelicitates decernit, patrimonii amissionem

3 deorum uel diuinitatis **M** | *an* probata? 4 cultus, *corr.* **A'** 6 filosophos **P** filosofos **R** 9 immutato **M** 13 opp- **M** 14 *fort. excidit* vel in domo sua 15 si **A'**] sed 16 coniunxit, *corr.* **A'** *cf. 119, 6* 18 ⟨idest⟩ in [illegible] 19 praetorios, *corr.* **v** | *add.* **a** 24 stagnis] *Sittl* sig[illegible] 26 a *add.* **A'** 27 Mars *add.* **a** | radatione **R**

faciet, denegabit nuptias, denegabit filios, praesertim
si in malignae stellae vel signo vel loco vel finibus
fuerit inventus. Quod si benivola stella sic positum
per noctem [saltem] Saturnum bona radiatione re-
spexerit, id est Iovis aut Veneris, †specialiter quos
paulo ante diximus denegari, ex aliqua parte largitur.
Sed specialiter Saturni stella per noctem in omnibus
cardinibus constituta mala geniturae maxima decernit;
uxores enim perimit, filios prosternit et acerbos do-
lores orbitatis semper indicit. Quodsi sic positus con- 22
iunctionem Lunae deficientis exceperit, is, qui sic Sa-
turnum habuerit, ⟨erit⟩ paupertatis onere confectus,
ut et cotidianae vitae alimenta vix habeat, praesertim
si Luna in feminino signo constituta deficiens lumine
se Saturno coniunxerit. Quodsi sic Saturnus positus
radios Lunae crescentis exceperit, inaequalitatem vitae
decernit, ut non sit in eo, qui sic habuerit Saturnum,
unus vitae similisque cursus, sed ut semper se mu-
tabili diversitate convertat. Si vero sic posito Saturno 23
Mercurii se ei stella sociaverit, acumen cordis maxi-
mum dabit et longam vitae substantiam, praesertim
si dominus geniturae vel dator vitae fuerit. Quodsi
contrarius fuerit is, qui dominus geniturae est, ei, qui
dator vitae fuerit, ex his annis, qui decreti fuerint,
triginta annos subtrahit; sed et fortiora mala decernit,
quotienscumque sic collocatus contra dominum geni-
turae, quem Graeci oecodespoten vocant, vel si contra
datorem vitae fuerit collocatus, praesertim si Mars eum
quadrata vel diametra radiatione respexerit. Faciet

4 saltem *ss.* M *del.* κ | respexit, *corr.* A′ 5 uenus, *corr.* v | felicitates quas κ 6 paulo *om.* V 8 geniturae mala κ | maximae, *corr.* A′ 10 orbitates, *corr.* A′ | potius, *corr.* A′ 12 *suppl.* a | paupertates P^{a} | honere MPR 16 inaequabilitatem V 18 unus v (unius A)] uen. 20 ei *del.* a 23 *geniturae dominus a vitae datore non diversus*, *cf.* 73, 12 IV 19, 1. 20, 1 *Salmas.* 265 24 *cf.* 74, 1 | decretis PR^{a} 25 potiora, *corr.* κ 27 oetodespoten P

enim, si sic fuerit collocatus, paralyticos ridiculos gibbos nanos incurvos hermafroditos et quaecumque his sunt similia; decernit autem haec secundum cor-
24 pora signorum atque substantiam. Quodsi sic Saturno posito ab eo recedens Luna Marti se coniunxerit, in nocturnis scilicet genituris, faciet insanos lunaticos melancholicos languidos. Quodsi sic Saturnus constitutus in nocturna genitura in extremo cornu deficientis Lunae haeserit, facit thisicos.

25 In undecimo loco Saturnus ab horoscopo constitutus mediocria decernit bona; et quando aliquid magnum fuerit largitus, eum, qui natus fuerit, in eo loco et in eo ordine collocabit, in quo fuit pater eius ante collocatus, sed post trigesimum aetatis annum; nam ante trigesimum aetatis annum quicquid quaesierit amittit, nec poterit dignitatem vel patrimonium consequi, nisi prima triginta annorum spatia transierit.

26 In duodecimo loco Saturnus ab horoscopo constitutus tumultus servilis discrimina vel propter servos pericula decernit et distringit servitio, qui sic eum in genitura habuerit collocatum; faciet etiam maximas aegritudines, sed et valitudines non modicas, praesertim si sic Saturno posito Luna ex aliqua parte se coniunxerit et si nulla benivola stella in geniturae cardinibus fuerit collocata. Nam si sic posito Saturno benivola stella in quocumque geniturae cardine fuerit inventa, haec mala, quae diximus, ex parte aliqua mitigantur; quae omnia mitiora erunt atque leviora, si per diem Saturnus sic fuerit inventus, fortiora vero et vehementiora, si istum locum in nocturna genitura possederit.

1 paraliticos 2 natos, *corr.* **A′** 4 *cf. IV 9, 4* 6 licet, *corr.* **A′** 8 deficienti, *corr.* **R** *rec.* **A′** 9 thysicos **PRV** 12 malignum, *corr.* *κ* 13 collocauit, *corr.* **A′** 17 primo $\mathbf{P}^b\mathbf{R}^b$ | transiuerit **PRV** transierint **M** 19 tumultu sermonis, *corr.* *σ* 20 seruitia, *corr.* **a** (*fort.* adstringit) 23 si *om.* **V** 24 nulla *κ*] luna | stella inquocumque **P**

Sed in his omnibus locis Saturno posito partem 27
eius diligenter inquire, ut invenias, in quo loco et in
quibus finibus duodecatemorium eius sit collocatum,
ut ex duodecatemorio et ex finibus duodecatemorii
omnem Saturni invenias potestatem.

III. IUPPITER.

Si Iuppiter in primo cardine partiliter id est in 1
parte horoscopi fuerit constitutus, in his praesertim
signis, in quibus gaudet, vel in suis domiciliis vel in
suis finibus vel in altitudine sua, faciet nobiles glo-
riosos magnis semper praepositos civitatibus, interdum
magnarum civitatum decem primos pro mensura geni-
turae, bonos venustos benivolos laetos divites, prae-
sertim si per diem in horoscopi partibus fuerit in-
ventus et si nulla malivola stella sic ei posito ex
aliqua parte restiterit. Nam si Iovem sic positum
malivola stella contraria radiatione respexerit, totum
quicquid Iuppiter decreverit ex maxima parte minuitur.
Si vero per noctem in horoscopi parte fuerit inventus, 2
faciet primum nasci inter fratres vel, qui ante ipsum
natus fuerit, interimit vel in longinquis eum †se-
paravit et constituit regionibus ac locis, ut ipse in
paterna domo habeat principatum. Facit autem bene
nutriri et parentes eius in maxima felicitate constituit.
Quodsi sic per noctem Iove posito malivola stella
restiterit, omnem paternam ac maternam substantiam
dissipabit. Semper autem Iuppiter in cardinibus ge- 3
niturae collocatus aut primos nasci faciet aut fratres

3 finibus *om.* **V** | duodecathemor- (-iorum **V**), *item l.* 4 (decath. *tertio loco* **M**) | eius sit *ex* euasit *facere voluit* **M**, *sed est* eiusiasit 6 *inscr. om.* **PR** de ioue **V** 7 idest ϰ] si (idest si **A'**) 9 vel in *posterius* ϰ] etiam 12 decem ϰσ] decernit 13 uetustos, *corr.* **A'** | praes. per diem si hor. **M** 15 posita, *corr.* **A** 16 restiterit ϰ] respexerit 18 ex] et **P** 21 eum semper constituit ϰ separabit **A'** *cf. add.* 25 mali|liuola **R** 27 dissipabit *Sittl*] dissipat ut

eius maiores interimit, ut ipse, sicut superius dixi, solus in domo paterna habeat principatum. Quodsi per noctem vel diem in horoscopo constituto Iove crescens Luna quacumque se ei radiatione coniunxerit, faciet maximos administratores, rectores civitatum et maximis negotiis saepe praepositos.

4 In secundo loco ab horoscopo Iuppiter constitutus extraneas hereditates decernit et ab extraneis faciet adoptari; dabit autem magnorum mobilium ⟨et⟩ maximarum possessionum dominia, si sic posito Mercurius et ipse bene positus bona se radiatione coniunxerit. Quodsi sic positum Iovem, ⟨cum⟩ societate Mercurii scilicet, Mars vel Saturnus ex aliqua parte respexerit, frequenter mutabit statum et de bonis actibus ad malos actus transferri faciet; et erit, qui sic Iovem habuerit, semper in omni vita varia diversitate mutabilis, ut nunc abundet divitiis, nunc paupertatis onere deprimatur.

5 In tertio loco Iuppiter ab horoscopo constitutus nec bonus est nec malus, sed aequali semper moderatione componitur, ut interdum eorum patrimonia dissipentur, interdum vero illis insperatae divitiae conferantur.

6 In quarto loco Iuppiter ab horoscopo partiliter constitutus, ⟨id est⟩ in IMC., maximos facit viros iuridicos vel legum latores vel legum interpretes et iuris peritos. Facit etiam iumentorum amatores atque cultores, pro qualitate signorum nuntios regum vel ducum vel iudicum, et quibus primi cursus publici cura sollicitudoque mandetur, et qui cursu publico iussu

4 ratione **M** 5 et *om.* **M** 9 nobilium, *corr.* σ | *add.* ϰ | maximorum, *corr.* **v** 11 et ipse — 12 Mercurii *om.* **V** | ipsi b. posito bonę, *corr.* **a** | radiationi, *corr.* **A′** 12 cum *add.* ϰ | societatem **MPR** 13 sicilicet **V** 15 Iovem ϰ] saturnum 17 habundet **MPV** 18 honere **MPR** 20 inaequali ϰσ 22 speratae, *corr.* **A** 24 part. ab hor. **V** const. part. **R**[a] 25 *add.* **A′** | IMC. ϰσ] mc̃ 29 primis *Mommsen Mueller*

principum vel ducum [vel] hac atque illac frequenti discursione mittuntur. Faciet notos principibus, publicis actibus praepositos, et qui deorum se praesidio committant et a diis remedia postulent et quibus di rectum iter frequenti significatione demonstrent. Plurimi autem, cum sic habuerint Iovem, futura praenoscunt et habent in templis honores frequenter maximos; alii autem pro qualitate signorum thesauros inveniunt. Semper autem sic positus Iuppiter usque ad mortem felicem decernit senectutem. Si vero 7 sic ...... collocatus, nobilem patrem facit et gloriosum, sed patrimonium eius circa medium aetatis tempus dissipabit et rursus postea colligit. Erit autem circa feminarum coitus tardior et ⟨a⟩ filiorum adfectibus separatus. Si vero per noctem fuerit inventus, mediocres in substantia faciet homines et processu temporis feliciores.

In quinto loco Iuppiter ab horoscopo constitutus 8 magna felicitatum augmenta decernit; facit eum, qui natus fuerit, in maximis ⟨rebus⟩ publicis honoratum, praesertim si in domiciliis vel in finibus vel in altitudine sua vel in domo Solis fuerit inventus. Quodsi sic posito Iove Mars se bona radiatione coniunxerit, faciet duces, dabit etiam vitae ac necis potestatem. Quodsi sine Marte sic posito Iove Mercurius et Luna ⟨se ex⟩ aliqua parte coniunxerint, faciet procuratores regum ⟨aut⟩ rationales. Quodsi sine his omnibus Venus ei se sola ex aliqua parte coniunxerit, faciet

1 vel ⟨iudicum⟩ **A′** | dissione **P** discussione **MR**^{a} 3 positos **MV** | praes. se **V** se p. se **M** 4 directum, *corr.* *x* 5 plurima, *corr. Sittl* 6 sic *om.* **V** 7 frequentes, *corr.* **A′** 11 Iove constituto in diametro Sol fuerit *suppl.* **A′** *fort. recte, cf. 110, 16. 113, 12 Maneth. III 47 V 63* 13 dissipauit, *corr.* **A′** | colliget **A** 14 a *add.* *x* 16 mediocrem **M** | faciet *bis* **V** 19 eum **A′**] enim 20 fuerat **P**^{a} | *add.* *x* (negotiis *Momms.*) 24 dabit *x*] habebit 25 marte seposito **M** 26 se ex *add.* *x* (se **A′**) | coniunxerit, *corr.* **A′** 27 aut *add.* *x cl. 111, 18* | rationes, *corr.* **A′** *possis* proc. regum rationes ⟨tractantes⟩ | omnibus his **M**

affluentia felicitatis ornatos; nam sicut superius diximus, si cum Marte sic fuerit constitutus, is qui sic eum habuerit, regali erit semper potestate perspicuus et sententiae eius sic erunt, tamquam ab eo cunctis hominibus divina documenta proferantur. Erit autem, qui sic eum habuerit, fortis corpore validis ossibus.

9 Et si coniunctionem cum vento Lunae crescentis exceperit, divinae atque inmortalis paene substantiae homines procreabit. Oportet autem semper †eum, si sic Iuppiter fuerit collocatus, quo vento currens Luna ad eum feratur; difficile enim ista ratio colligetur. Nam si in aquilone constituto Iove ex austro recedens Luna crescenti ac pleno lumine se iunxerit, in quinto scilicet Iove loco ab horoscopo constituto et his signis, quibus gaudet, vel in domiciliis suis vel in altitudine sua per diem dumtaxat, faciet invictos imperatores, et qui totius orbis gubernacula teneant, praesertim si sic Iove collocato in his Sol signis, in quibus gaudet vel in quibus exaltatur, trigonica se ei radiatione coniunxerit. Gaudet autem per diem Solis ac Saturni radiatione adornatus, praesertim si in matutino ortu

10 fuerit constitutus. Quodsi sic positus Iuppiter, sicut diximus, deficientem exceperit Lunam, faciet honestis moribus homines et moderatae dignitatis gratia sublevatos et quibus numquam se onus paupertatis inponat. Quodsi sic posito Iove sine coniunctione illa ventorum, quam diximus, crescens se Luna simplici ratione coniunxerit, faciet administratores consulares, frequenter etiam consules ordinarios, praesertim si

1 affluentis (afl- **PR**), *corr.* ϰ | ornatus, *corr.* **A′** 2 sic *prius om.* **M** 4 coniunctis, *corr.* ϰ 6 forti **a** 7 *de ventis dicere neglexit*, *cf. Val. I 13* 9 semper observare *vel sim.* 11 colligitur **A′** 12 in aquilone si **M** 14 *nempe* et ⟨in⟩ 16 inuictos *om.* **M** 19 ei *Sittl*] cui | ratione **V** 20 ac ϰ] ad 21 radiationem, *corr.* **A′** 24 gratię **P**[a] 25 se nunquam honus **M** | inponit **V** | imponat naturale t dn̄s **P** 26 ulla, *corr.* ϰ

diurna genitura fuerit. Si vero Mercurius se societate radiationeque coniunxerit, longos annos et vitae maxima spatia decernit; dabit etiam utriusque sexus filios aut geminos, praesertim si ipse fuerit dominus geniturae vel dominus partis horoscopi vel dominus eius signi, in quo est dominus geniturae collocatus. Quodsi in nocturna genitura contra datorem vitae fuerit collocatus (non enim gaudet Iuppiter in nocturnis genituris), eius aetatis, quaecumque decreta fuerit, duodecim annos aufert. Sed et si in nocturna 11
genitura Mars ei vel Venus vel Luna contrario se [ei] cursu monstraverit, maximis eum, qui sic natus fuerit, faciet vitiis implicari secundum naturam scilicet signorum atque substantiam. In humanis enim signis sic positus faciet libidinosos et circa amores insana cupiditate praeposteros, facientes ea quae mulieres facere consueverunt. In quadrupedibus vero signis sic positus venatores faciet et ferarum amatores et quos semper silvarum deserta delectent et adsiduis laboribus implicatos. In terrenis vero herbarios faciet et plus volentes scire quam patitur humanae naturae substantia; in aquosis vero piscatores, et quibus circa fluvium vel mare vel paludes sit subsidium, laboriosos sane <et> ex istis artibus saepe viventes. Quodsi sic 12
posito Iove in nocturna genitura resistentibus ei his, quibus diximus, Luna ab eo recesserit, inaequalem vitam faciet <et> frequentiores miserias indicit. Sed hoc a malo ex aliqua parte temperabitur, si sic <ab> eo recedens Luna Veneri se oportuna radiatione coniunxerit. Quodsi sic posito Iove Luna ab eo recedens nullius stellae habuerit coniunctionem, maximas in-

2 radiationem coni. **M** radiationis *σ* 5 partis *i. e. finium, cf. 116, 13* 7 geniturę **P**[a] 10 *cf. 74, 4* 12 *del.* **A'** 22 substantię **P**[a] 24 $\overset{o}{\text{u}}$ sane **V** | et *add.* **A'** | semper *σ* 27 et *add. κ* | incidit, *corr. κ* 28 *suppl. κ* 29 lunę **M** 31 ullius, *corr. κ cf. IV 8. 15, 3* | coniunxionem **R**

felicitates labores miseriasque decernit. Quodsi sic posito Iove recedens ab eo Luna et quodammodo fugiens per quadratum se vel diametrum radiis Martis obiecerit, biothanatos faciet secundum naturalem signi formam atque substantiam. Si enim per diametrum sic [enim] a Iove recedentem Lunam Mars hac, qua diximus, ratione respexerit in nocturna genitura, faciet rixas pericula et magna semper cum inferiore certamina. Unde per noctem in hoc signo Iuppiter frequenter malas decernit calamitates.

13 In sexto loco Iuppiter ab horoscopo constitutus maxima mala decernit; faciet enim natos frequenter exponi, maxime si in sexto loco constitutus ipse dominus eius signi fuerit, in quo est horoscopus vel in quo est MC. constitutum, praesertim si in nocturna 〈genitura〉 fuerit et si per diametrum Solem vel Saturnum vel Martem respexerit, et si sic positus Lunam deficientem de quadrato respexerit vel cum eodem Luna
14 in eodem signo deficiens fuerit. Quodsi sic positus sine malivola cuiusdam stellae radiatione crescentis Lunae lumen exceperit, haec quae diximus ex parte aliqua mitigantur; et facit aurifices aut eos, qui neto auro vestes pingunt; facit interdum et argentarios. Sed nihilo minus, etiam si eas artes fuerit largitus, hos eosdem crebra eversione desubitat. Locus enim, id est sextus, habet malitiae propriam praerogativam, et quaecumque stella in ipso loco fuerit, id est in sexto, ad decernenda mala maximas vires ex loci vitio mutuabitur.

15 In septimo loco Iuppiter ab horoscopo constitutus, id est in occasu partiliter, in diurna scilicet genitura, faciet locupletes divites et longae ac beatae senectutis

3 se vel *x*] siue | radias $\mathbf{P}^a$ 6 *del.* **a** 7 radiatione $\mathbf{Q}^a\mathbf{A}'$ 8 certamine **M** 12 mala *om.* **V** 13 constituitus **R** 16 *add.* **Q** | si *om.* **PR** 23 argenteos $\mathbf{P}^a$ 25 hos v] hoc | *possis* dissipat (*cf. 131, 10*), debilitat 26 militiae, *corr.* **a V** *rec.* 28 decernanda **P R**

spatia decernit; sed filiorum locum et coniugis †nocturnus maxime versat; nam et carissimam et moratam uxorem amittat necesse est, et amati filii vel filiae miseram videbit mortem. Si vero per noctem in eo loco geniturae fuerit inventus, crescente aetate augmenta patrimonii consequitur, mediocris vero substantiae erit et tantarum facultatum, ut ne quid desit.

In octavo loco Iuppiter ab horoscopo constitutus 16
labefactat frequenter patrimonium et inimicos maximos facit et seditiones frequenter ex populo, et malitiosis semper actibus occupatos, facit etiam ignobiles et stultam iactantes animositatem, praeposteros et quorum furor ad insaniam procedat, praesertim si sic posito Iove cardinem aliquem geniturae malivola stella possederit. Quodsi in eo loco constitutus vel secum habuerit Mercurium vel eum trigonica radiatione respexerit et ei crescens Luna se bona radiatione coniunxerit, faciet aut procuratores regum aut rationales aut quibus nuntiandi potestas conceditur; et semper in prima aetate morientur.

In nono loco Iuppiter ab horoscopo constitutus, 17
si diurna fuerit [in] genitura, faciet eum, qui natus est, futura quaeque dicere et reddit deorum semper interpretes. Quidam autem et sacerdotia consecuntur, aliis facit de templis conferri aliquid muneris, sed interdum facit et damna et aestus [damni et] animi. Si vero nocte in eo loco fuerit constitutus, facit semper falsa somnia somniantes et qui de diis frequenter aliquid mentiantur, et qui de deorum sortibus spem sibi aliquam polliceantur, et qui se ex hoc vegetatos semper existiment.

1 locus (locis P^a), *corr.* v *cf. 120, 28. 142, 3* | et] ac P^a | nocturnis R^a nociturus *Buecheler* σ 11 aetatibus **PRV** 13 insiniam **PR** 16 eum **A′**] cum | ratione, *corr.* **A′** 17 se *ante* crescens **M** 18 aut *prius*] autem **M** 22 *del.* **A′** 23 *an* futura praedicere? 24 consequentur **M** 25 aliquid conferri **M** 26 *del. Sittl*

18 In decimo loco Iuppiter ab horoscopo constitutus, id
est in MC. partiliter per diem, publicorum negotiorum
faciet principes, faciet maximarum ⟨civitatum⟩ decem
primos et quibus a populo honores maximi conferan-
tur, claros et qui se velint semper gratia ostentationis
exerere, sed in vita luxuriosos reddit. Quosdam etiam
facit magnorum virorum aut imperatorum negotia trac-
tare, alios per totam vitam suam faciet coronatos.
19 Sed maximas felicitates decernit sic positus, si nulla
ei malivola stella in IMC. posita restiterit. Quodsi
sic posito Iove in MC. malivola stella restiterit, quic-
quid ei in prima aetate dignitatis vel honorum vel
divitiarum collatum fuerit, totum in vita posteriore
minuitur ac dissipatur et funditus evertitur, nisi occa-
sus, id est septimus ab horoscopo locus, alterius beni-
volae stellae fuerit lumine munitus. Si vero per noctem
in decimo loco fuerit constitutus, honestos quidem
moribus facit, sed qui cito fallantur et quorum patri-
monium frequenti et cita dissipatione depereat.
20 In undecimo loco Iuppiter ab horoscopo consti-
tutus maximas decernit felicitates et magnas notitias
largitur; dat etiam famosas potestates, fasces etiam
et proconsulare decernit imperium, si Sol et Venus
bona se ei radiatione coniungant et si Luna ab austro
recedens Iovi in aquilone constituto plena se coniun-
xerit, id est si tali ad eum cursu feratur, qualem in
21 quinto loco descripsimus. Minuuntur autem haec om-
nia et efficaciam suam perdunt, si in nocturna geni-
tura sic fuerit constitutus. Si vero Mars sic Iovi
constituto contrarius fuerit in octavo loco geniturae
positus, ⟨in⟩ magnis ac potentibus felicitatibus con-
stitutus et maximis divitiis cultus ..... totum, quic-

3 maximorum, *corr. et suppl. κσ* 4 maximis R 5 ostentationes P[a] 10 posito, corr. v 11 imc, *corr.* a 16 lumine *κ*] omine MV homine PR 21 divitias A' *at cf. III 12, 7* 31 in *add. κ* 32 *lac. statuit κ* | *possis* cumulatus *cf. 28, 24 de err. 90, 19*

quid ei vel honorum vel dignitatis conlatum fuerit, miseriarum atque infelicitatis incursione mutatur.

22 In duodecimo loco Iuppiter ab horoscopo constitutus maximas decernit infelicitates; facit semper inimicos potentes et qui eum crebra potestate deterreant, praesertim si partiliter horoscopum malivola stella possederit, vel si sic Iove constituto [idest] in VII. parte horoscopi Mars fuerit inventus. Nam si sic Iove constituto idest in XII. loco ab horoscopo Mars in occasu geniturae fuerit constitutus, idest in VII. ab horoscopo loco, biothanatos sine dubitatione perficiet. 23 Maiora autem erunt haec mala et fortiori calamitate praevalida, si in XII. loco Iovem constitutum per diametrum Sol Saturnusque respexerint. Erunt autem pauperes aerumnosi, si sic Iove constituto in nocturna genitura deficiens se Luna per diametrum opposuerit. Si vero neque ei Sol neque Saturnus in diametro fuerint et bona geniturae loca possederint nec deficienti lumine Iovi se Luna contulerit, faciet eos, qui sic habuerint Iovem, quodam subtili artificio saepe pollentes, aut aurifices aut ex auro vestes pingentes aut inauratores aut musivarios aut ex argento quaedam facientes opera. Adpetitur autem atque laudatur, quaecumque ars fuerit, si sic Iovi constituto Veneris sese stella oportuna societate coniunxerit.

24 In Iove quoque in duodecatemorium diligenter inquire, ut ⟨ex⟩ duodecatemorio vires eius diligenti ratione repperias.

1 ei *om.* **PR** 4 felicitates, *corr.* **V** *rec.* 5 eum $\varkappa\sigma$] cum | deterant σ 7 posito **M** | idest *del.* $\varkappa$ 8 parte horoscopi *praeter solitum, cf. 58, 2* 12 erunt] era **P** 13 calamitati, *corr.* **A** | pualida **P** 17 *fort. del.* ei 19 deficienti *ablativus* 20 sic eos **P** 27 duodecathemor- (*idem* 28) 28 ex *add.* $\varkappa$ | aures, *corr.* **A'**

IV. MARS.

1 Mars in horoscopi partibus partiliter constitutus
in nocturna genitura et in masculinis signis faciet
militares; matutinus autem si fuerit partiliter in horo-
scopo constitutus sine radiatione Iovis, faciet nigrastros
alteros longiores, plus volentes donare, quam patrimonii
ipsorum substantia patitur, ita ut profusi esse vide-
antur, sed quorum actus omni semper ratione publi-
2 centur. Si vero per noctem horoscopus in Martis domi-
cilio sit constitutus, in signo scilicet masculino, et in
eodem signo idest horoscopo Mars fuerit inventus et
Iuppiter cum eo sit partiliter in eodem signo aut
solida eum radiatione respexerit, faciet bellorum duces,
sed quibus omnis committatur exercitus, mortis ac
vitae dominos et quorum adventum civitates semper
aut provinciae maximae perhorrescant, felices fortes
graves et quorum irae magnis semper indignationibus
proferantur. Sed nec coniugem nec filios sic positus
3 caro diligere permittit adfectu. Per diem vero si in
horoscopo partiliter fuerit inventus, calidos audaces
furiosos peregrinos facit et in omnibus semper insta-
biles et ⟨qui⟩, quicquid ausi fuerint, nulla poterunt
ratione complere, sed semper de manibus eorum quic-
quid nacti fuerint defluit; patrimonia autem eorum,
qui sic Martem habuerint, dissipantur. Sed et omnem
vitae substantiam, uxores etiam ac filios amittunt,
nec aliquid illis [vel ab ipsis] de paterna substantia
4 reservatur, sed et haec prima aetate depereunt. Quodsi
sic Iuppiter positum Martem per diem ipse in domi-

1 *om.* **PR** de marte **V** 2 horoscopo partiliter **A′** 5 nigrastos **V** 6 altos *Sittl* | largitores *Mueller* 9 *sc. in Ariete* 12 aut **A′**] ac 13 valida *ϰ* | eum **A′**] cum 14 commitatur **PR** 15 dominus **PRV** 16 aut] ac **M** | maxime **V** *et sic edebant, at cf. 124, 2 IV 10, 1. 12, 7* 17 semper magnis **M** 18 coniugen **R** 19 afectu **M** 22 *add. σ* | poterint **V** 26 vitae *om.* **M**, *fort. recte* | ac] et **PA** | omittunt (-ant M^a), *corr.* **A′** 27 *del.* **a** 29 depositum, *corr.* **Q**

cilio suo constitutus vel in altitudine sua vel in finibus suis trigonica radiatione respexerit aut si cum ipso partiliter fuerit, mala eius ex quacumque parte mitigantur. Sed et ego scio, sicut plurimis genituris inveni, multos Marte in horoscopo constituto in exilium datos bene et strenue administrare rem publicam.

In secundo loco Mars ab horoscopo constitutus, 5
si per diem hoc loco fuerit inventus, maxima mala
et magna infortunia decernit, praesertim si in matutino ortu fuerit constitutus; faciet enim alienari a parentibus et a domo sua et in finibus semper errare peregrinis. Quodsi sic posito Marte vel cum ipso crescens Luna fuerit vel in diametro constituta vel si quadrata se radiatione coniunxerit, faciet tardos debiles et qui vulnera de ferro frequenter accipiant; debilitabit autem a frigore aut a quadrupede vulneratos. Quosdam autem facit natos exponi; alios facit saepe captivos aut ex ingenuitate ad servitutem trahi; erunt autem semper in aestu animi et in maximis necessitatibus constituti. Quodsi sic posito Marte Iuppiter se bona radiatione coniunxerit constitutus ipse vel in domo sua vel in finibus suis, ex omnibus periculis evadunt et a captivitate liberantur vel redimuntur et ex servitute ad libertatem rursus transferuntur; sed ea, quae necessaria sunt vitae, interdum
non habebunt. Si vero per noctem sic fuerit inventus, 6
milites facit vel athletas, sed et ipsos consuevit facile periculorum continuatione decipere. Adeunt autem simili modo pericula, si Iuppiter et Venus, sicut superius diximus, bona se ei radiatione coniunxerint.

In tertio loco Mars ab horoscopo constitutus de- 7
cernit quidem gloriam, sed cum labore maximo. Alienas

4 mitigantur **A'**] mutuatur (mutantur *122, 14*) | et *om.* **MA'** | sicut] et **A'**   14 si **A'**] sic   15 frequenter de ferro **M**   16 uel **MA'**   21 radiatiotione **P**   28 aderunt **A'**   30 coniunxerit **PRV**

res autem, qui sic Martem habuerit, desiderabit et
omnibus invidebit et habebit maximi cuiusdam faci-
noris malam conscientiam. Quodsi sic Marte collo-
cato in XI. geniturae loco Iuppiter fuerit inventus
vel in VII., idest occasu, facit, ut in publicis admini-
strationibus constitutus cum magno labore consequa-
8 tur, sed maximas patrimonii facultates. Sic autem
positus in tertio ab horoscopo loco si sic se Iovi,
sicut diximus ante, coniunxerit, maximae potestatis
atque honoris regimen ac dominia largitur, ita ut
omnes, qui ei genere iunguntur, honoris ipsius nobili-
tate superentur. Nam si in hoc loco constitutus in
domo fuerit vel in partibus suis vel in domiciliis vel
in altitudine sua et Iuppiter sic ei, sicut diximus ante,
iungatur, faciet praesides riparum, duces, vicarios, prae-
fectos praetorii et quibus frequenter committatur im-
perium.

9 In quarto loco Mars ab horoscopo idest in IMC.
[Mars] partiliter constitutus si per noctem fuerit,
faciet militares, laboriosos et qui semper in desertis
regionibus commorentur, vel ferarum praepositos ac
magistros; interdum eversores imperatorum faciet vel
iudicum ⟨pro⟩ qualitate signorum, parentum vero
vitam ac patrimonium dissipabit. Dabit vulnera vidui-
tates ruinas, filium vero aut unum dabit aut nullum;
qui sic enim eum habuerit, in omnibus semper actibus
10 impeditur. Quodsi per diem sic fuerit inventus, de-
bilitabit omne corpus, faciet languidos caducos et qui
ex ferro vulnera frequenter accipiant, reddet invalidos
et quos feminae semper inpugnent, et qui a feminis
magnis semper molestiis deterantur. Faciet etiam

1 sit *uv.* **P** 3 constituto **M** 5 ut *om.* **V** 9 coniungerit **P**[a] 13 *aut erravit F. aut del.* vel in domiciliis 15 praefectores, *corr.* v (*eadem* praetorio) 18 mc **M** 19 Mars (*post* partiliter **P**) *del.* **A**′ | sic **P** 22 exceptores ϰ 23 *suppl.* **A** 24 uiduitatis ruinae (rume **P**), *corr.* ϰ *cf. Maneth. III 53 sqq.* 26 eum] cum **PR** 28 qui *om.* **V** 29 accipient **V**

eos sine gratia praestare, quod dederint; nam qui-
cumque aliquid ab ipsis fuerit consecutus, ingratus
illis semper existit. Quodsi sic positum Martem Sol 11
de quadrato vel de diametro respexerit aut cum eo
fuerit, fortiora haec mala crebrioraque decernit; fre-
quenter enim ⟨in⟩ maximis periculis constituit. Faciet
etiam insanos lunaticos, si sic Marte constituto horo-
scopus in domo Martis fuerit inventus, aut si locus
Fortunae in loco vel domo Martis fuerit inventus [vel
collocatus], aut si locus cupidinis vel daemonis in
domo Martis fuerit constitutus.

In quinto loco Mars ab horoscopo constitutus si 12
per noctem in hoc loco fuerit et si in domo sua vel
in domo Iovis vel in finibus suis vel Iovis fuerit
finibus vel in altitudine sua fuerit constitutus et si
Iuppiter cum eo fuerit vel de trigono eum ipse in
domo sua constitutus respexerit, faciet glorias maxi-
mas et patrimonii augmenta magna et omne genus
decernit felicitatis; facit etiam honores a populo de-
cerni, cum potentibus viris vel cum maximis admini-
stratoribus fidelis amicitiae gratia coniungit. Quodsi 13
sic posito Marte ac Iove Luna deficiens lumine Martis
se stellae oportuna radiatione coniunxerit, faciet prae-
potentes horribiles duces et quibus maximi commit-
tantur exercitus, ut dent etiam vitae necisque auctori-
tatem, et in magnis administrationibus iuris gladii
decernit potestatem. Quodsi ab eo Luna ⟨recesserit⟩,
Venus vero sit cum eo aut de trigono eum respexerit,
faciet felices divites et qui per semet ipsos gloriam

2 ab eis **V** 6 in *add.* ϰ 7 posito V^{a} 8 inuentus uel collocatus **P** 8 *de locis fortunae et daemonis cf. IV 17. 18, de cupidinis VI f. LXXXIV col. 4 Paul. J 2* 9 fortunae — 10 si locus *om.* **P** 13 hoc loco σ] horoscopo 16 eum v] cum 21 gratiae **PRVA** | coniunctos, *corr.* ϰσ 22 mart ac ioui, *corr.* **A'** 24 maxime, *corr. Sittl* 25 ut dent] iisdem σ *possis et* habentes *cl. 130, 27* | necis ac uitę **M** 27 *add.* **a** 28 eum] cum **P** | respexerint, *corr.* **A** 29 semet **A'**] se et

consequantur et qui sint semper venustate corporis
14 grati. Si vero per diem Mars in quinto ab horoscopo loco fuerit constitutus, patrimonium eius labefactabit et domicilium frequenter mutat et propter infortunia, quae ei accidunt, peregrinis semper regionibus immoratur; erit autem in periculis non modicis constitutus. Si vero sic positum per diem Martem haec mala decernentem Iuppiter aut Venus vel simul cum eo constituti vel de trigono vel de exagono eum respexerint, lucra maxima ex peregrinitatis incommodo consequetur
15 et cito de peregre revocabitur ad patriam. Metuendum est autem, quotiens sic per diem constitutus in diametro habuerit Lunam crescenti lumine; maximos enim labores indicit et tales actus, ut ad imitationem servitutis accedant. Nam et si felix esse visus fuerit, talis eius erit felicitas, ut semper alienae subiaceat potestati; facit enim adsessores iudicum maximorum; accusationes seditiones turbas damna faciet et repentina pericula et ex aliqua corporis parte debiles, interdum insanias et languores tales facit, ut nimio febris ardore adusti ad insaniam transferantur. Faciet etiam vincula carceres et custodias, nisi respiciens Iuppiter Lunam in diametro Martis constitutam vel ipsum Martem ipsarum calamitatum miserias mitigarit. Quotienscumque enim sic positos Martem ac Lunam Iuppiter radiatione respexerit, eos qui sic nati fuerint ⟨in⟩ maximis periculis constituit, sed omnium praesidio desperatos repentinis facit Iuppiter praesidiis liberari. Filios etiam per diem in hoc loco constitutus sine testimonio Iovis denegabit.

1 uenustatis (-statatis **R**) corporibus, *corr.* *κσ* (venustis **A**) 5 preregrinis **R** 6 modicis **MA**] inmodicis **PRV** 9 exagona **V** 10 et p. incommoda, *corr.* **A'** 14 indicit et *Sittl*] incitet | ut *Sittl*] aut 16 ut **a**] aut | subiacet, *corr.* **a** 20 langores **RV** 21 ardore *σ*] labore 22 *fort.* carceris *cf. III 7, 7 IV 13, 10. 14, 1* 25 posito mart. ac luna. *corr.* *κ* 27 in *add.* *κ* 28 praesidio **A'**] periculo

In sexto loco Mars ab horoscopo constitutus 16
multa mala decernit; nam et filiis nocebit et inaequali-
tatem vitae faciet, valitudines decernit, pro signorum
scilicet natura; nam in curvis signis praemori facit,
interdum claudos et gibberosos. In hoc loco omnium
valitudinum vitia cernuntur, si tamen partiliter ipse
locus fuerit inventus et si partiliter Mars in eo signo
fuerit constitutus.

In septimo loco Mars ab horoscopo partiliter 17
constitutus, idest in occasu, maxima mala et inmensa
pericula decernit. Faciet enim laboriosos homicidas
et sceleratos, reos, facinorum inventores aut tortores
aut carnifices aut proditores. Quodsi [in] domum
suam in occasu positus per diametrum respiciat, non
faciet biothanatum (numquam enim Mars domum suam
evertit); sed tunc facit oligochronium, si horoscopus
et Luna fuerint Iovis praesidio protecti. Quodsi non
fuerit horoscopus in domo Martis, oligochronios red-
dit, praesertim si per quadratum vel diametrum, idest
in hora vel in MC., pleno lumine constitutam Lunam
respexerit. Sed generaliter Mars in septimo ab horo- 18
scopo loco constitutus, idest in occasu, per diem et
per noctem biothanatos facit pro qualitate signorum.
Fortius tamen hoc malum decernit ac manifestius in
alienis signis; nam in hoc loco si fuerit inventus,
tunc dolores et lacerationes corporis facit et aut prae-
cipitat aut interimit aut in carcere vinculis consti-
tutos perpetuis et mortiferis calamitatibus deprimit.
In nocturnis genituris doloris aestus faciet ex omnibus 19

3 *nempe* faciet ⟨et⟩ 4 genitura, *corr. Sittl* | *καμπτομένοις ζῴοις Maneth. V 137* 5 *post* interdum *eras.* facit **M** *locus fort. corruptus* | giberosos **PRV** 12 scelaratos **R** 13 prodotores **R**[a] | in *del.* **a** 15 *cf. VI fol. LXXX col. 3 med.* 18 olichronios 20 in mc̄ **M**] in (*ss.*) mic̄ **P** imc **RVA** *fort.* vel in MC. ⟨vel in IMC.⟩ | plenam **A** 21 generater **M** 24 ac *Sittl* (et **A**)] hoc 27 carcere *cf. Mueller Abh. f. Friedlaender 552* 29 dolores, *corr.* **ϰσ** | hominibus **P** ominibus **R**

actibus, sed ex ferro vulnera frequenter infligit et vulnera ipsa facit ignita cauteriorum adustione curari. Facit absconsos corporum et inmensos dolores, praesertim cum ipse temporum dominus fuerit vel a Luna plena ipse divisa sibi temporum spatia possederit.
20 Si vero Marte in septimo loco constituto Saturnus aut ⟨in⟩ hora aut in MC. partiliter sit constitutus, vel si Luna plena feratur ad Martem vel minuta ad Saturnum, magnorum malorum, funestae calamitatis infortunia decernunt. Tunc accusationes, tunc vincula, tunc carceres, tunc damnationes, tunc contra eum capitales sententiae proferuntur; aut enim bestiis obicitur aut per praecipitia iactatur aut ruina deprimitur aut domesticis insidiis laniatur aut a latronibus interimitur aut in navigio perit. Sed haec pro genere et qualitate signorum decernuntur; nam in terrenis signis constitutus feris faciet obici, in solidis vero opprimi a ruina facit aut ⟨per⟩ praecipitia iactari; in aquosis constitutus naufragio submergit; in humanis vero signis
21 constitutus gladio facit interire. Si vero Sol in diametro fuerit vel cum eo vel in alio geniturae cardine, vivos facit exuri, ut omnifariam in hoc loco constitutus misera calamitate hominem et flebili nece cum atrocitate disperdat. Sed ante diem ultimum vitae habebit actus, qui in septimo geniturae loco habuerit Martem, aut de igne aut de ferro aut de quadam violentia aut de tormentis aut de homicidiis. Sed et locum coniugis ac filiorum vehementissime persequitur Mars in septimo constitutus loco.

2 ignota, *corr.* **A'** 4 temporum ipse **V** | *cf. VI fol. LXXXVIII col. 3 in.* 5 ipse **A'**] se (*fort. del.*) 6 vero **a**] uiso | saturno, *corr. Sittl* 7 in *add.* κ 8 luna si **V** 8. 9 ad minuta saturni, *corr.* **a** 9 malorum ⟨ac⟩ **a** 15 et **A'**] ex 17 oprimi **M** 18 per *add. Sittl* | praecipia **PR** 19 constitutis **P**[a] 19. 20 const. signis **V** 22 omnifaria 23 nece (uoce **M**[a]) cum] necium κσ *cl. 121, 21* 28 sequitur, *corr.* κ *cf. VI fol. LXXXV col. 3 ima* (insequitur *f. LXX col. 1 ima*)

In octavo loco Mars ab horoscopo constitutus si 22
per diem in hoc loco fuerit, aut patrimoniorum de-
negat facultates aut eos, qui habent patrimonium,
misera facit proscriptione nudari. Quodsi Solem et
Lunam in diametro habuerit, decernit extinctis oculis
caecitatem. Solus autem in hoc signo constitutus
faciet penurias angustias aestus turbas seditiones peri-
cula. Si vero ⟨sic⟩ Marte constituto Luna in anafora 23
horoscopi fuerit, idest in secundo ab horoscopo loco,
cum ipso Marte scilicet, Iuppiter vero nulla se his
radiatione coniungat et alienus ab his sit nec horo-
scopum videat, biothanatos facit, sed secundum signo-
rum naturam atque substantiam. In humanis enim
signis, sicut diximus, constitutus si fuerit, ab homi-
nibus gladio perimitur; sed a piratis aut a latronibus
aut a domesticis interemptus, qui sic Martem ha-
buerit, occiditur aut gladio percutitur sententia iudi-
cantis varia criminum diversitate convictus. Fre-
quenter tamen sic cum Luna positus, sicut diximus,
sine Veneris aut Iovis testimonio gladiatores facit,
sed eos, qui ⟨in⟩ conspectu populi crudeli necis atro-
citate depereant. In terrestribus vero signis in de-
sertis locis faciet occidi, multiplici tamen prius peri-
culorum continuatione turbatos. In quadrupedibus
vero signis faciet ⟨a⟩ bestiis comprehensos misera
laceratione laniari. In aquosis vero signis constitutus
[nam] cum Luna hac ratione, qua diximus, aut in
stagnis aut in mari submergi facit aut occisos a piratis
undis facit fluctibusque disperdi. In solidis vero signis
constitutus per praecipitia lapsos interimit. In igneis
vero signis constitutus exuri faciet. Per noctem vero 24

4 nudari ϰ] mutari 5 lumam (lu *ex corr.*) **R** 7 angustas, *corr.* **QA′** 8 sic *add.* **A′** | luna manafora **R** 10 cum — scilicet *inepta* 16 interceptus *Mueller* 19 tamen] etiam **M** 20 siue **M** 21 *add.* **a** 22 terrestibus **PR** | vero *om.* **V** 24 turbatus (conturbatur **M**), *corr.* **A′** 25 *add.* ϰ 27 nam *del.* **A′** | radiatione, *corr.* σ 27. 28 in fluuiis aut in stagnis **A′** 28 mergi **V**

in hoc signo constitutus, idest in octavo loco ab horoscopo, faciet calidos periculosos sed argutos; tamen ⟨in⟩ publicis actibus aut in claris eos, qui sic Martem habuerint, constituit, sed mortem nihilominus decernit biothanatam aut repentinam, sicut apoplectici interire consuerunt. Sed si Iuppiter sic positum Martem quacumque radiatione respexerit vel si cum eo fuerit, haec, quae diximus, mala ex parte
25 maxima mitigantur. Sed si in horoscopo ⟨Iuppiter partiliter fuerit inventus, horoscopus⟩ vero ipse sit in domo Iovis [vel] Venerisque stella prospera se Iovi radiatione coniungat et obstiterit Marti hac, qua diximus, radiatione grassanti, omnia haec calamitatum funera maxima parte mutantur. Flebiles enim casus et misera semper infortuniorum incommoda et in hoc et in ceteris locis decreta per Martem mutantur atque mitescunt, si impetus Martis bono Veneris ac Iovis testimonio mitigentur.

26 In nono loco Mars ab horoscopo constitutus bonus erit circa vitam et gloriam; et si Iuppiter in horoscopo fuerit constitutus in nono loco Marte posito, felices facit et ⟨qui⟩ facile omnia consequantur. Si vero nocte in nono loco Marte constituto Iuppiter in parte horoscopi fuerit inventus, potestatem maximam administrationum et ius gladii decernit et facit eum, qui sic natus fuerit, exercitum ducere. Frequenter tamen sic positus in peregrinitate decernit incommoda.
27 Si vero in nono loco constitutus in domo Mercurii

1 constitutus *post* horoscopo *repetit* **V** 2 sed] et *x* (tamen *suspectum*) | in *add.* **a** 7 positus, *corr.* **v** 9 mittigantur **PR** | si *om.* **V** 9. 10 *suppl.* **A'** *nisi quod* partiliter *pro* pariter *x* 11 uel (uel in **M**) uen. quae, *corr. x* 13 ratione *σ* crassanti | calamitantium **P** 14 flebilis, *corr.* **A'** 15 et in hoc — 16 decreta *om.* **M** 16 marte **M** | mutantur per martem **V** 17 impetum, *corr.* **A'** 22 qui *add.* **A'** | consequuntur, *corr.* **A'** (*possis* consequentes) 23 Marte *om.* **P** 24 parte horoscopi *x*] marte (mart **MV**) horoscopus (horosc **M** -scopc **V**) 27 peregrinatate (ta *ss.*) **R** 28. merc uel uenus (uen **V**)

vel Veneris fuerit, doctos et famosos facit oratores. Si vero aut in domo sua fuerit aut in domo Iovis aut in altitudine sua ⟨et⟩ Iuppiter in hora non fuerit collocatus, faciet diis terribiles, et qui omnia periuriorum genera contemnant. Erunt autem omnibus daemonibus terribiles et quorum adventum pravi daemonum spiritus fugiant et qui sic laborantes homines non vi verborum, sed sola sui ostensione liberent; et quamvis sit violentus daemon, qui corpus hominum animumque quatiat, sive ille aërius sit sive terrenus sive infernus, istius hominis iussione fugiet et praeceptis eius cum quadam veneratione terretur: hi sunt, qui a vulgo exorcistae dicuntur. Sed talis erit, si in nono loco, sicut diximus, habuerit Martem, ut laborantem hominem ab omni malignorum daemonum spiritu facile possit iussionis suae auctoritate purgare.

In decimo loco Mars ab horoscopo constitutus, 28
idest in MC. partiliter, in nocturna genitura scilicet,
si in masculino signo fuerit inventus in suo domicilio
vel in Iovis, sed eius cuius diximus generis, vel in
altitudine sua, faciet quidem periculosos et vario genere saepe deceptos, sed nihilominus praesides duces
vitae necisque dominos, tribunos terribiles provinciis
et civitatibus. Si vero in MC. per noctem consti- 29
tutus, in quali diximus signo, coniunctionem Lunae
venientis acceperit, Iuppiter vero alium geniturae possederit cardinem, et ipse nihilominus vel in domo sua
vel in altitudine sua vel in suis finibus constitutus
potentes duces ac totius orbis dominos efficiet. Quodsi
sic positum Martem Iovis deseruerit stella nec ipsi
⟨se⟩ aliqua radiatione coniungat nec in ceteris geniturae cardinibus fuerit inventa, faciet nihilominus

3 et *add.* a 4 facit P^a 6 domonibus P 8 vi] in M 10 quatiant M | *cf. Kroll de orac. chald. 45* 12 hii P 17 mart M 20 sed κ] uel (uel in A′) *sc. in masculina domo cf. 42, 21* 22 nichil hominus P 24 constitutum, *corr.* a 26 exceperit V^a 30 ipsi κ] ipse (ipsa M^1) 31 se *add.* a

armatos vel praepositos vel tribunos vel minoris loci
duces aut magnarum provinciarum et licet in minoris
dignitatis loco constitutos, habentes tamen gladii et
30 vitae <et> necis potestatem. Quodsi sic constituto
Marte sicut diximus, Iove etiam, sicut ante diximus,
in ceteris geniturae cardinibus constituto in his in
quibus diximus signis et in his partibus Saturnus
in alio geniturae cardine fuerit constitutus, erunt
quidem reges imperatores, potentes maxime terribiles
periculosi, civitatum eversores vel fabricatores, sed
modicae vitae idest oligochronii. Quidam autem et
malo fine depereunt; in peregrinis locis constituti
amittunt vitam pariter et regnum vel in aliena po-
31 testate positi moriuntur. Si vero in MC. Mars in
feminino signo fuerit inventus .... cuiuslibet stellae
vel suo vel Iovis, nocte scilicet, faciet nihilominus
honestate fulgentes; et in masculino tamen signo per
noctem <et> in feminino in MC. constitutus denegat
32 filios. Si vero per diem in hoc loco fuerit inventus,
idest in MC., inefficaces homines faciet, quos con-
venerit in omnibus actibus variis generibus impediri;
decernit etiam damna maxima et amissionem patri-
monii, faciet etiam proscriptiones et condemnationes.
Aliis onus peregrinationis indicit, aliis maximas in-
ponit necessitates, alios fugere compellit, aliis decernit
exilia, alios facit peregre vel in exiliis deperire.

33 In undecimo loco Mars ab horoscopo constitutus
bona multa decernit et augmenta patrimonii largitur
et amores a populo; frequenter dat maximae digni-
tatis insignia, si sic eum positum cum deficiente Luna
Iuppiter bona radiatione respexerit aut si cum eo fuerit

1 armatis [vel] *Sittl* | minoris] maioris *Mommsen et* aut *pro* et *l.* 2 | locis **MV** 2 *fere* provinciarum <praesides> | minori *x* 3 <ius> gladii *x* *cf. Maneth. III 65 IV 47* 4 et *add.* **A** 11 oligocroni (-chroni **V**) 15 fuerit signo **M** | *nempe* <in domicilio *vel* domo> cuiuslibet 16 sua **PR** 18 *suppl.* **a** | femino **PR** 20 quos **v**] quo 23 dampnationes **V** 28 largitur] decernit **M** 29 amatores **M**

aut trigonica se societate coniunxerit; tunc enim facit iudices habentes ius gladii cum maximis dignitatis insignibus.

In duodecimo loco Mars ab horoscopo constitutus, 34
si per diem in hoc loco fuerit inventus, aegritudines maximas decernit et malis vitiis implicat et a servis crebras concinnat insidias et facit talem, cui semper servi nocere desiderent, et omnibus eius multiplices per servos spargit infamias. Frequenter autem propter inclusos quosdam aut in custodia constitutos aut etiam damnatos aestus angores sollicitudines damna periculaque decernit. Sed haec omnia mitigantur, si sic Mars positus [ne] in nocturna genitura fuerit inventus.

Optare autem debemus in omnibus genituris atque 35
in omnibus locis, ut Marti qualibet radiatione quolibet ex loco Venus se ac Iuppiter semper opponant; tunc enim impetus eius ex qualicumque parte languescunt, cum istarum stellarum fuerit testimonio mitigatus. Sed et illud debemus optare, ne quando per diem cardinem aliquem Mars genituræ possideat; si enim per diem partiliter in aliquo genituræ cardine fuerit inventus, vario contra eum, qui natus fuerit, genere grassatur. In cardine enim Marte posito, si ei per diem Iuppiter se coniunxerit †in alio cardine per diem Mars fuerit inventus et Saturnus alium cardinem genituræ possederit, faciet biothanatos aut ipsos sibi inferentes necem. Verum si in cardine 36
per diem constituto Marte in alio cardine Venus fuerit inventa, faciet assiduis amorum inlecebris fatigari aut interfectores uxorum aut ipsos sibi inferentes necem.

1 faciet **P**ª 7 inuidias **V** 8 omnibus ⟨actibus⟩ *Mueller* 11 langores **A′** 12 mittigantur **PR** 13 ne *del.* **A′** 14 autque **P** 16 opponant *nos* (opposuerint *Sittl*)] oportuni 20 aliquem cardinem **M** 22 contractum qui **V** 24 ei **A′**] enim 28 *aut* ⟨et⟩ in alio (*cum* **v**) c. p. d. Mercurius *aut* per diem Mars fuerit *del.* 29 amorum inlecebris *ϰ*] a (aut **PR**) maiorum in latebris **MPRV** malorum inlecebris **A′**

Si vero Mars per diem [in] aliquem cardinem geniturae possederit et Mercurius ⟨in⟩ alio fuerit geniturae cardine constitutus, cardiacos faciet et qualicumque ratione damnatos. Si vero in aliquo per diem geniturae cardine Mars fuerit inventus et Sol in alio geniturae cardine sit positus, faciet †quocumque libet
37 semper exuri. Si vero Luna ⟨se⟩ simili radiatione coniunxerit et si Luna crescenti sit lumine, faciet biothanatos et matres eorum acerba necis morte prosternit. Sed si Luna aliena ab eo fuerit et sine alicuius stellae coniunctione in quolibet geniturae cardine per diem fuerit inventus, maximas valitudines vitia aegritudines debilitatesque decernit. Gaudet autem coniungens se deficienti Lunae semper et Veneri; unius enim has tres stellas, id est Martis et Lunae et Veneris, ⟨in⟩ institutionis libro, sicut memi-
38 nisti, conditionis esse monstravimus. Si vero in quocumque cardine geniturae per diem fuerit constitutus et alium geniturae cardinem Mercurius acceperit, magna et inmensa et sine modo pericula decernit; quicquid enim mali in rebus humanis est, id totum ex ista stellarum coniunctione decernitur. Et illud meminisse debemus, quod et per diem Mars in cardinibus constitutus semper subolem denegat. ⟨Si⟩ filiorum locus in signo eius fuerit inventus, ipse in cardine constitutus, quia ipse dominus est eius loci, filios denegabit. Sed et si in alieno domicilio filiorum locus fuerit inventus et dominus ipsius signi cum Marte fuerit vel si Mars eum de diametro vel qua-

1 in *del.* **A'** 2 in *add.* **a** 4 aliquem — 5 cardinem, *corr.* **a** 6 *sive* quocumque *sive* quolibet *post* alio *l.* 5 *collocat* σ quolibet ⟨genere⟩ ϰ 7 se *add.* **A'** 10 ⟨ipse⟩ sine **a** 11 coniuntione **R** 12 inualitudines **M** 15 marti et si lune **P** | et *om.* **M** 16 in *add.* **A'** *cf. 49, 13* | meministis **M** 23 et *del.* **a** 24 subolem **PR** | si *add.* **A'** 25 *de filiorum loco cf. 58, 3 VI fol. LXXXIV col. 2* | *fort.* ipse ⟨vero⟩ 26 quia **QA'**] qua | est dominus **P** 27 denegauit, *corr.* **v** | si *om.* **P** 28 domus **P** 29 eum] cum **P**

drato respexerit, filios denegabit. Si vero per noctem 39
ipse dator vitae fuerit, maxima aetatis spatia largitur.
Si in diurna genitura ipse dator vitae fuerit, faciet
in primo aetatis gradu positos interire. Si vero alter
fuerit dator vitae <et> Mars per quadratum vel per
diametrum restiterit, minuet ex hac aetate, quae ei
decreta fuerit, annos quindecim. Si vero inter se et
Saturnum mediam Lunam positam acceperit, debilitat
atque amputabit partem corporis pro qualitate signi,
in quo Luna fuerit inventa. Si vero Lunam crescentem
per diametrum vel quadratum viderit, eos qui nati
fuerint aut statim perimit aut faciet exponi.

Sed ut verius potestatem colligas Martis, duo- 40
decatemorium eius et fines duodecatemorii diligenter
inquire.

V. DE SOLE.

Sol in parte horoscopi constitutus difficile fratres 1
dabit; in masculino autem signo constitutus in domo
sua aut in altitudine sua et benivolae stellae radia-
tione coniunctus <aut a> benivolis protectus magnae
nobilitatis largitur insignia. Si vero malivolae stellae
Sole in horoscopo constituto prope radiis accedant,
oculorum aciem ex maxima parte debilitat. Sed quia
diximus eum maximas decernere felicitates, omnia
debemus specialiter explicare. Cum Saturno in horo- 2
scopi cardine partiliter constitutus in his, quibus
diximus, partibus per diem imperatores faciet ac
reges; quodsi vires eius leviter fuerint impeditae,

1 denegauit, *corr.* **A'** 3 diuturna **M** 5 et *add.* **Q** 7 data **M** 9 atque **M**] que **RV** quod **P** | amputauit, *corr. Sittl* 10 luna crescente, *corr.* **A'** 13 calligas **P**[a] | duodecatha- **M** duodecathe- **PRV** *utroque loco utrique* 20 *suppl.* *ϰ* | beneuolis **M** 22 in sole, *corr.* **a** | constitutos **MV** | radios **a** *cf. 141, 16* | accedat, *corr.* **a** 23 ex] et **P** | maxime **P**[a] | debilitat *ϰ*] desiderat 24 facilitates **M** 25 saturnus **PR** | horoscopo **P**[a] 27 ac] et **V** 28 vires *Sittl*] uis

consulares faciet ⟨et⟩ proconsulares et dat ordinarios consulatus. Si vero Mars sic Solem positum, sicut diximus, aspexerit vel si cum eo positus fuerit, cum maxima invidia et cum magnis periculis et impedimentis, magnis pugnis aut difficultatibus ducatus im-
3 peria potestatesque decernit. Si vero Sole in horoscopo per diem in his, in quibus diximus, signis partiliter constituto alium Iuppiter cardinem geniturae possederit, Mars vero in MC. fuerit partiliter inventus, in masculino scilicet signo, Luna etiam in aliquo sit geniturae cardine plena lumine vel in anaforis cardinum, eum qui natus fuerit, †totum orbem faciet imperia, ut in tali potestatis administratione constituti potestas eius, licet non sit dominus ac rex, per
4 totius orbis tamen spatia dirigatur. Si vero Mars in MC. fuerit vel in occasu, sic Sole et Iove, sicut diximus, constitutis, Luna vero cum [in] Marte vel in MC. fuerit inventa, pleno scilicet lumine, vel in octavo geniturae loco, eos, qui sic nati fuerint duces aut reges aut administratores, biothanatos facit aut aliqua ratione captos mala faciet morte prosterni, secundum naturam scilicet signorum atque substantiam. Faciet autem interdum depositum ab honoribus suis ab omni
5 potestate deici. Sed et si Mars cum Luna non fuerit sic, sicut diximus, iunctus et solus in cardinibus geniturae fuerit inventus vel in cataforis vel in anaforis eorum, Sole in horoscopo, sicut ante diximus, constituto, nihilominus qui nati fuerint duces vel reges vel administratores captivos vel biothanatos faciet

1 et *add.* *x* *non probat Mommsen cl. Staatsrecht II 244 n. 4* 3 fuerit positus **P** 5 et magnis **A'** 6 boroscopo **P** 11 cardinem, *corr.* **A'** 12 totam, *corr.* **Q** | *possis* ⟨per⟩ t. o. f. imperare *vel* imperia ⟨extendere⟩ *cf. 141, 3* 13 amministratione **PR** administrationem **MV** 14 res **MR**[a] 16 si **MV** 17 in *del.* **A'** *an* vel *del.*? 21 male, *corr.* **A'** 25 coniunctus **A'** | cardibus **PR** 27 sol **PR** | horescopo **R** | constitutus, *corr.* **A'** 29 *et* 129, 4 amministratores **PRV** | uel *om.* **PR** | biathanatos **V**

vel cum summo dedecore a sua potestate deponi. Sed et si Sol in parte horoscopi fuerit inventus, si Saturnus partiliter [in] MC. possederit, simili modo reges duces et potentissimos administratores facit. Si sic Sole posito ac Saturno Mars in secundo ab 6
horoscopo vel in octavo loco fuerit inventus, et Luna plena luminibus in aliis cardinibus fuerit inventa vel in secundo ab horoscopo loco vel in octavo cum Marte, eos, qui nati fuerint, duces vel reges vel administratores biothanatos facit et exules et captivos. Si vero Sol solus in parte horoscopi fuerit inventus, in quibus diximus signis (hoc enim te meminisse conveniet), et Mars in anafora Lunae fuerit inventus, Luna in ceteris cardinibus vel in anaforis cardinum constituta, eos, qui nati fuerint, reges vel duces vel administratores simili modo biothanatos facit vel cogit eos isto honore privari. Si vero Sol in parte horoscopi fuerit 7
inventus et Luna in ceteris cardinibus geniturae vel in anaforis vel in cataforis cardinum ⟨fuerit inventa et Mars se nulla illis radiatione coniunxerit, sit vero Iovis stella aut cum Sole in parte horoscopi constituta aut in ceteris cardinibus inventa vel in anaforis vel in cataforis cardinum, ii, qui nati fuerint, reges totius orbis gubernacula possidebunt, evertentes alias civitates, alias sublevantes. Si vero sic positus Mars Solem Lunam Iovemque respexerit aut cum ipsis positus aut in cardinibus inventus aut in anaforis aut in cataforis cardinum⟩ constitutus, malas mortes faciet his, quibus diximus, sed et vitia et valitudines decernit; sed secundum naturam signorum et secundum has corporis partes, quas diximus signis esse divisas, valitudines et vitia decernuntur et casus mortium.

1 decore **MV** 2 si] *an* et? 3 pariter, *corr.* **ϰ** | in medio cęlo **PR** (*possis* IMC.) 10 exulles **R** 12 te *om.* **V** 19 uel innaforis **M** | cardinibus **V** 19—28 *suppl.* **A′** 20 sit **ϰ**] si 23 uel cataphoris **v** | hi **A** 26 Iovem Lunamque **A** 28 *ante* constitutus d **R** 31 qua **V** *cf. 72, 25*

8 Si vero sic his omnibus collocatis, sicut diximus,
Saturnus in anaforis [eorum] vel in cataforis cardi-
num fuerit inventus, imperium quidem tantum, quan-
tum diximus, non habebunt; nihilominus tamen ma-
ximos potentia viros ac famosos iudices faciet aut
magnarum legionum praepositos aut tribunos, sed
efficaces et terribiles, sed non perseverantes in his
dignitatibus ac potestatibus, sed aut captivos eos faciet
9 aut in exilium agi aut facit biothanatos interire. Pla-
tice vero Sol in signo horoscopi constitutus faciet in-
genuos nobiles; sed platice Sole in signo horoscopi
constituto, si Iuppiter et Venus et Mercurius in ceteris
geniturae cardinibus fuerint constituti, magnos viros
faciet, et quibus ⟨a⟩ parentibus maxima bonorum
felicitas comparetur, et qui a prima aetate in rebus
bonis ac prosperis crescant, ita ut sint semper ab in-
10 cursu paupertatis alieni. Sed si sic hos omnes positos
Saturnus de trigono respexerit vel de exagono vel
etiam si pariter fuerit constitutus, perpetua felicitas
istis decernitur. Sed si sic omnes positos, idest Solem
in signo horoscopi, Iovem Venerem Mercurium in
ceteris cardinibus, Saturnum vero in trigono aut in
exagono aut ⟨eodem⟩ loco cum ipsis constitutum Mars
aliqua radiatione respexerit aut cum ipsis constitutus
aut hos omnes de quadrato respexerit aut de diametro
se huic stellarum commixtioni coniunxerit, faciet ma-
ximos iudices, potentes, habentes vitae et necis po-
testatem, sed fures rapaces et qui res alienas avaro
rapiant cupiditatis instinctu. Sed nihilominus hos

2 saturnum, *corr.* **A'** | eorum *del.* *κ* 6 magnorum **MV** 8 aut **a**] ut 9 placite **P** 10 Sol *om.* **V** 11 placite **P** | in signo *geminat* **M** 12 *nescit F. Venerem et Mercurium non plus 48 et 22 partibus a Sole discedere; cf. Ptol. Almag. II 366 H. Paul. F 1—3 Plin. II 38. 39 Theon 187, 10* 14 a *add.* **a** 16 sproperis **R** 17 paupertates **P**a 18 trigonio **M** 19 felicitatis (felitatis **M**), *corr.* **QA'** 20 istius, *corr.* *κσ* (illis **A'**) | si *om.* **MV** | *post* sic *supra lin. eras.* hos **R** (*cf. l.* 17) 23 *suppl.* **a** 24 *nempe* ipsis ⟨fuerit⟩ 26 se *κσ*] et 27 potestates, *corr.* **A** 29 hos *Sittl*] hoc

eosdem post maximam depraedationem vel post ma-
ximas rapinas vel post inmensa furta exules facit aut
biothanatos. Si vero nocte Sol in horoscopi signo 11
fuerit inventus, sordidiore genere facit procreari.
Quodsi per noctem Solem in horoscopo constitutum
Saturnus aut Mars per quadratum respexerint aut per
diametrum ⟨vel⟩ simul cum eo fuerint, et ille se illis
quacumque radiatione coniunxerit, maiores quidem
fratres perimit, sed et ipsius vitae atque omnem patri-
monii substantiam, sed et actus omnes †pro eversione
ac dissipat. Sed semper in omnibus cardinibus geni-
turae Sol constitutus maiores fratres omnes debilitabit
aut, qui sic habuerit, inter omnes fratres primum
facit nasci.

In secundo loco Sol ab horoscopo constitutus 12
faciet per semetipsos patrimonia quaerentes et in
omni vita suaves ac bonos. Sed hos eosdem lan-
guidos facit et parvae vitae et variis faciet contra-
rietatibus impediri, et qui semper sint in vita sua
varia terroris trepidatione solliciti. Si vero in hoc 13
loco constituto Sole eum Venus ac Iuppiter bona radia-
tione respexerint vel de trigono vel de exagono vel
si cum ipso fuerint collocati, bonorum aliquid repen-
tinum dabit et felicitatis incrementa non modica; nam
iacentes homines et abiectos ad ⟨rem⟩ publicam faciet
incremento dignitatis adduci. Sed hoc ei magno labore
et cum maximo impedimento decernitur et cum patri-
monii iactura voluntaria. Unde quicumque sic Solem
habuerit constitutum, nihil adpetat, ad nullam rem

1 maximas — 2 post *om.* **M** 2 furta *Némethy*] fortia (facinora **A′**) 8 horoscopo **PR** 5 sol — constitutus, *corr.* **A′** 7 vel *add.* **v** | ille] illi **MV** | *aut* illis *mendosum aut* et ille se 9 frates **M** | *fort.* vitae ⟨nocet⟩ 10 *velut* prona eversione dissipat *cf. 153, 14* proruit *Mommsen* 11 in omnibus **V**] nominibus 12 debitabit **M** 19 imperiti **M** 21 constitutus sol (sole **M**) **MVA′** 23 honorem aliquem *Mueller* 24 felitatis **R**[1] 25 iacentis **MV** | *add.* *x* | faciet (facit **A**) **A′**] faciem 26 abduci **V** 27 matrimonii actura, *corr.* **v**

audeat, cum sciat se sic posito Sole in omnibus actibus ⟨impediri⟩.

14 In tertio loco Sol ab horoscopo constitutus patri malam mortem decernit et ipsos, qui sic eum habuerint, invalidos faciet, sed in consiliis bonos ac graves; faciet autem procuratores civitatum aut rationes publicas tractantes aut fisco praepositos aut fiscopatronos, si bona se ei Iuppiter et Mercurius radiatione coniunxerint, sed uxorem et filios tardius consequentur.
15 Si vero in tertio geniturae loco positus sit, in domo sua vel in domo Iovis vel in domo Veneris vel in domo Mercurii vel in altitudine sua vel in altitudine Iovis vel Veneris vel Mercurii, faciet religiosos deorum [vel] cultores, qui simulacra deorum [qui] per se facta religiosis consecrationibus dedicent et qui fabricationibus templorum iussu principum vel iudicum praesint. In aliis vero signis, sicut diximus, positus facit in templis ignobilia officia ⟨aut⟩ servile
16 aliquod ministerium. Si vero in tertio loco ab horoscopo constituto Sole Saturnus aut Mars aliqua se ei radiatione coniunxerint vel si cum eo fuerint, faciet periuros perfidos et crebris ob hoc denotationibus miseros, ganeones et qui sordida et absconsa loca semper sectentur et qui contra divinitatem inreligiosa proferant verba, sed adsiduis animi fatigationibus aestuantes.

17 In quarto loco Sol partiliter ab horoscopo constitutus, si in ⟨hoc⟩ loco positus Martis et Saturni

1 adeat **A**, *at cf. VI fol. LXX col. 2 med. Nipperdey ad Tac. ann. IV 59 cf. add.* 2 *suppl.* **A'** 6 autem] aut **A'** | publicam **M** pullicas **R** 7 aut fisco **A'**] a fisco 8 ei **A'**] et 14 uel *ante* deorum **V** *del.* ϰ ⟨fabricatores⟩ vel c. *Némethy el. 139, 21 at cf. 148, 16 III 9, 5. 14, 20* | qui *del.* **A'** 15 consecrationiobus **R** 16 temporum **M** templorum **R** 18 *suppl.* **A'** 19 aliquid **M** 20 aliquia **M** 22 crebros **P**[a] 23 quos ordida **M** | loco **MR**[b] 25 agitationibus σ 27 loco *om.* **MRV** | pariter, *corr.* **v** 28 hoc *add.* ϰ

aliqua fuerit radiatione pulsatus, patri primo mortem decernit et generis totius eversionem aut labem totius patrimonii facit. Ipsi vero, qui sic eum habuerit, interpellationes et molestias plurimas et contrarietates et impedimenta ex maxima parte decernit. Sed bonam senectutem faciet, ita ut in hac aetate constituto lucra maxima conferantur, sed erit circa adfectus uxoris instabilis.

In quinto loco Sol ab horoscopo constitutus faciet 18
amabiles honoratos et qui omnia facile consequantur et quibus cuncta amicorum praesidio conferantur. Sed si sic Sole posito praesens in eodem signo se Veneris stella sociaverit vel de exagono coniunxerit, coronarum largitur insignia et praetexta veste decorabit, sed et a populo honores ei, qui sic Solem habuerit, maximi conferuntur. Quodsi malivolae stellae cum Sole in eodem loco fuerint, nihil mali poterint decernere nec perpetrare propter loci naturalem bonitatem, sed solum filiis nocebit. Si vero in eo loco solus fuerit inventus, minores erunt hae, quas diximus, felicitates et sic nocebit filiis, ut indicat perpetuas orbitates aut ut ex casu filiorum maxima doloris tormenta patiatur.

In sexto loco Sol ab horoscopo constitutus multa 19
mala decernit; semper enim nocebit et graves ac longas aegritudines faciet. Quodsi sic ⟨Sole posito⟩ Mars in horoscopo fuerit inventus, actus quidem publicos faciet, sed infligit ei vulnera frequenter ex ferro; patrem vero faciet aut mala interire morte aut cito mori ⟨aut⟩ aliqua ratione damnari, sed et omnem substantiam

1 patrimo mortem **M** primo *del. de Winterfeldt* 2 eversionem — totius *om.* **M** *cf. Maneth. III 119* 5 ex] et **M** 7 conferuntur **MPR** 12 se **A'**] siue 14 praetextarum, *corr.* ϰ | decorauit **MPR** 15 habuerint **M** 18 solis **V** 20 minoris **MPR**^{b}**V** | felitates **M** 21 nouit **MV** | inducat **P**^{b}**R**^{b} 22 maximo **MR**^{b}**V** | tormento **R**^{b} 23 constitus **M** 24 mala *om.* **V** 25 aegrituditu **M** | *suppl.* **v** | merc. **M** 27 ei] ea **P**^{a} 28 malam **M** | aut *add.* **A'** 29 dampnari (-natione **V**^{a}) ratione **V**

variis facit generibus deperire, ⟨si⟩ in sexto loco Sole posito in decimo ab horoscopo loco, idest in MC., nulla stella fuerit inventa. Nam si in sexto loco ⟨Sole⟩ constituto quaecumque stella [in] decimum locum idest MC. possederit, faciet locupletes divites affluentes et quibus paterna successione maxima felicitas comparatur. Si vero in sexto loco Sole posito nulla ⟨stella⟩ in MC. fuerit constituta, Iuppiter vero et Venus cum eodem Sole in sexto ⟨loco⟩ fuerint inventi, quicquid malorum decretum fuerit, mitigatur et tota infelicitatis impeditur improbitas.

20 In septimo loco Sol ab horoscopo constitutus maxima vitia et valitudines decernit, praesertim si sic Solem positum Mars et Saturnus aliqua radiatione respexerint vel si cum eo fuerint collocati; secundum enim naturam malivolae stellae, quae cum ipso fuerit collocata, indicit vitia aegritudines . . . . . si Mars, calidas et ignitas. Quodsi Luna cum eo vel in septimo loco fuerit inventa vel in septimo loco Sole constituto Luna in horoscopo vel in MC. partiliter fuerit collocata, magnos potentes nobiles faciet et quibus committantur maximae potestates, praesertim si fuerit in domo sua aut in altitudine sua aut in domo Iovis constitutus et si locus Fortunae partiliter et per computum diligenter inventus in aliquo car-
21 dine fuerit collocatus. Si vero sic Sole et Luna constitutis, sic etiam Fortunae loco collocato Iuppiter aliquem geniturae cardinem tenuerit, imperatores reges faciet, sed bonos benivolos. Faciet etiam duces po-

1 si *add.* v 4 *add.* ϰ | in *del.* A′ 5 MC.] in mc. **MV** in medio **PR** 6 afluentes **MR** 7 comparetur **V** *recte?* 8 *suppl.* a | MC.] merc. **M** 9 *suppl.* a, *expectes* cum Sole in eodem loco idest in sexto 10 migatur **M** 11 infecitatis **M** 14 sic *om.* **V** 16 fuerint collocatę, *corr.* A′ 17 *lac. post* Mars *statuit Sittl* 18 vel v] et 19 fuerint **M** 21 collocatus, *corr.* A′ | nobiles potentes **V** 24 Iovis] sua P^a 26 luna constitutus **M** 28 aliqua (-quam A′) genitura (-ram A′) et cardinem, *corr.* a 29 etiam] autem **M**

tentes et administratores fortes temperatos efficaces,
provincias et civitates subiugantes. Quodsi his omnibus, Sole scilicet et Luna et Iove et loco Fortunae,
sicut diximus, positis Mars* et Saturnus in secundo
aut in octavo ab horoscopo loco fuerint constituti,
amittunt imperia et ex honoribus aut administrationibus suis cum dignitatis iactura deponuntur et aut ab
inimicis gentibus aut ab adversariis atque aemulis
opprimuntur. Faciet etiam, ut ipsi sibi manibus suis
inferant mortem, sed et captivos faciet hos eosdem
aut exules. Si vero in septimo loco geniturae vel in 22
quocumque alio cardine collocato Sole ei Mercurius
se in eodem loco positus iunxerit vel matutinus vel
vespertinus, litteratos faciet, qui [in] maximam ac
variam litterarum scientiam consequantur. Si vero
sic Soli ac Mercurio positis Saturnus se coniunxerit,
malitiosos facit, malivolos pessimos, et qui velint difficilium litterarum notitiam habere vel qui easdem
ipsas difficiles litteras faciant. Si vero per noctem 23
fuerint inventi Sol et Mercurius et Saturnus, lapidarios facient aut pollinctores aut funerarios aut quibus
sepulchrorum cura aut custodia mandetur. Faciet
etiam armentarios bubulcos pastores, equorum domitores equarumque, pastores porcarios et his similia
secundum naturam potestatemque signorum. Et si
in nocturna genitura Sole et Saturno septimo ⟨loco⟩
constitutis, sed et Mercurio, Venus in eodem loco
fuerit inventa vel in sexto loco vel in duodecimo †et

11 exulles **PR** 12 Sole ei κ] sole (sol **MV**) et 14 in *om.* **V** 14. 15 ac variam **A'V** *im.*] aquariam 16 ac] a **V** | positus **MV** | iunxerit **V** 17 malitiosos — malitiosos *136, 20 geminatur in* **M** (**M'** *et* **M''**) 18 habebit **MPR** 19 difficile, *corr.* **A'** | faciant *cf. 161, 2* | vero] ū **M'** 20 *ante* fuerint *del.* inuenti **M''** 21 faciunt **M''** 22 custia **V** 23 domatores **MR**^{a}**V** 24 equarumque pastores *om.* **M''** 25 potestatesque **M''** 26 loco *add.* **A'Q** 27 merc. *vel* mercur., *unde edebant* Mercurius 28 et Saturnus — 136, 1 fuerint *del.* *Sittl, possis* [et] Saturno constituto .... fuerit *vel* ⟨Mercurio⟩

Saturnus constitutus Venus cum ipsis fuerint, eunuchos faciet et mulieres viragines et quae se numquam virili coitu coniungant vel si se aliquando viro coniunxerint, numquam concepturas aut edituras partum. 24 Si vero sic his positis Mars se aliqua radiatione coniunxerit vel cum ipsis fuerit inventus, hermafroditos faciet, in quibus se duplex natura coniungat. Quodsi sic his omnibus constitutis Luna se aliqua radiatione coniunxerit vel si cum ipsis fuerit inventa, archigallos facient et qui virilia propriis sibi amputent manibus. Facient etiam lenones et qui meretrices suis velint 25 procurationibus elocare. Sed in sexto loco cum Sole constituti haec eadem faciunt, si nulla stella in MC. constituta istius malitiae solverit atrocitatem; nam si qua in MC. fuerit inventa, his omnibus sic inventis ⟨idest⟩ in sexto loco constitutis, omnia quae diximus mitigantur. In secundo vero loco geniturae vel in quinto vel in undecimo si Mercurius cum Saturno fuerit inventus, Sole cum his in eodem loco constituto [vel non constituto], malitiosos in omnibus actibus faciet aut advocatos aut iure peritos aut scribas aut exceptores aut hortorum praepositos aut aquarum 26 distributores. Quodsi sic his positis, in his in quibus diximus locis, Mars se [aliquibus] aliqua societate coniunxerit vel si cum his fuerit inventus, erunt homicidiis publicis praepositi et exceptores earum sententiarum, quae de hominum capitibus proferuntur, aut cornicularii aut commentarienses, sed quibus .... cura

et Saturno constitutis .... fuerit 1 constitutis **M''** | fuerit **M''** **R^a** | euchos **M''** 6 vel **a**] et 7 dupex **PR** 8 sic *x*] in (*om.* **M''**) | omibus **M'** | se *om.* **M''** 9 *post* fuerit *alterum* ipsis **M'** (*qui del.*) **PR** *in quo ss.* 10 et qui — 11 facient *om.* **M''** 12 cum Sole constituto *om.* **M''** 13 constituto, *corr. x*; *an* cum *del.?* 14 solueres **M''** 15 omibus **M'** 16 idest *add. x* in — constitutis *del. Sittl.* 17 mittigantur **M'PR** | loco uero **P** 18 quinto] V. **M''** **R^bV** VI. **M'PR^a** 20 *del.* **M'A'** 21 iure] in re **P** iuris **V** 24 *del.* **A'** 28 coniculari, *corr.* **v** | damnatorum cura **a**

committitur, aut clavicularii aut carceris custodes et
quibus publicarum catenarum vincula committantur,
aut praepositi carnificum aut carnifices et qui dam-
natos homines flagellis lacerare consuerint et cetera
his similia. Si vero his omnibus, sicut diximus, in 27
his ⟨locis⟩ constitutis Iuppiter et Venus aliqua se
radiatione coniunxerint vel si cum his fuerint inventi,
nihil quidem eorum facient, quae ante diximus; [in]
illa enim soli decernunt. Cum ⟨Iove⟩ vero et Venere
sacerdotes facient, victimarios et qui sacris praesint
vel qui pecora sacra aut sacris aut religionibus desti-
nata pascunt vel qui in templis aliquo fungantur officio
aut qui de templis maxima munera consequantur. Sed 28
hae omnes stellae, quas diximus, etiam in duodecimo
loco partiliter constitutae haec eadem simili ratione
decernunt; sed hi ipsi homines tardiores, sed ex his
omnibus, in quibus fuerint collocati, et glorias habe-
bunt et principatum. Sed et in sexto loco constituti
hi omnes, si alia stella, sicut ante diximus, in MC.
fuerit inventa, haec eadem simili ratione decernunt.
Quodsi in septimo geniturae loco vel in quocumque
alio cardine solus Sol cum Marte fuerit inventus vel
in secundo geniturae loco vel in quinto vel in octavo
vel in undecimo, artes dabit ex igne et ferro et quae
ex alia duritia fabricentur. Sed in cardinibus Sol et
Mars pariter constituti perpetua haec artificia de-
cernunt.

In octavo loco Sol ab horoscopo constitutus pa- 29
trem cito faciet interire. Si vero cum eo Mars aut
Saturnus fuerint inventi aut de diametro ei oppositi

1 clauiculari **MV** 3 praepositis **MV** 5 omnia, *corr.* **A′** 6 *add. Sittl* 8 in *del.* ϰ 9 *add.* **A′** | ueneris, *corr.* **A′** 10 faciet, *corr.* **a** 12 pascant **a** 14 hęc **M** 15 *fort.* pariter 16 hii | *nempe* tardiores ⟨erunt⟩ | ex . ϰ] et 17 fuerunt **MR** 19 hi omnes ϰ] homines 23 VIII. **A**] VIIII. 24 artes ϰ] mart. 25 aliqua **A′** | fabricetur, *corr.* **A′** 26 constituto **P**^{a} 29 faciet et **M**

aut de quadrato coniuncti, facient alienos deliros aut
cardiacos aut freneticos; sed secundum naturam signo-
30 rum haec valitudinum vitia decernuntur. Si vero in
octavo loco Sole posito in diametro Luna fuerit con-
stituta, nondum involuta coniunctione, sed plena lu-
mine, sed et si cum eo synodica in octavo loco fuerit
inventa, Saturnus vero et Mars per diametrum vel
simul constituti pariter ⟨fuerint⟩ vel si se illis qua-
drata radiatione coniunxerint, valitudines et debilitates
maximas facient. Nam caput malitiosis humoribus
onerant ⟨et⟩ ex humorum stativa perseverantia, qui
circa caput collecti fuerint, facient caducos et luna-
ticos, aut adsidua interceptione deficere faciunt, etiam
aliena verba proferre faciunt; aliorum humeros gravi
iactura debilitant, aliis maculas lepras inpetigines
thisim hydropem ⟨infligunt⟩, alios elefantiacos faciunt,
alios claudos, alios gibbos, alios paralyticos, aliorum
maximas partes amputant corporis; sed haec secun-
dum differentiam signorum atque naturam omnia de-
cernuntur. Nam similia faciunt ⟨in⟩ secundo ab horo-
scopo loco et in sexto et in duodecimo et in octavo,
31 sicut diximus, constituti. Quodsi sic omnibus, sicut
diximus, positis Iuppiter se et Venus aliqua radia-
tione coniunxerint vel simul cum ipsis positi vel si
trigonica radiatione respexerint vel si Lunae se con-
iunxerint, hae omnes valitudines, quas diximus, tales
erunt, ut mederi et curari possint. Sed et si sic
benivolis stellis collocatis, Iove scilicet et Venere,
malivola stella coniunctionem Lunae venientis ex-

1 quadrato ei **V** | diliros **M** 5 soluta, *corr.* *x* | coniuntione **R** (*idem* 29) 6 synodiaca, *corr.* **A** 7 saturnum **M** | mart. **MV** martem **PR** 8 simul|ul **V** | *add.* *x* 9 ratione **V** | coniunxerit, *corr.* **A'** 11 et *add.* **A'** 16 thysim **PRV** | *add.* *x* 17 paraliticos 18 corpori, *corr.* **A'** 19 signarunt **M** | amnia **M** 20 in *add.* v 23 se] sed **MV** 25 trigonicę **MPR**^{a} | ordinatione, *corr.* **A'** (*ubi* eos rad.) 28 et *om.* **MV** 29 malitiosa **PR** maliuole stelle **V**

ceperit, vitium quidem atque aegritudo perpetua erit,
sed et divinitatis alicuius providentia valitudinis acer-
bitas mitigatur. Quodsi his omnibus, sicut diximus, 32
collocatis Mercurii se coniunxerit stella aut cum ipsis
posita aut in exagono collocata, valitudines istas, quas
diximus, aut remedio aliquo aut cantationibus com-
pescit aut mitigat, ut omnifariam his remediis ab in-
cursu valitudinum liberentur, praesertim si Luna Iovi
se crescens aut Veneri minuta lumine coniunxerit.
Quodsi in ista stellarum dispositione, quam exposui-
mus, Luna semper Mercurii stellae se coniunxerit et
cum eodem collocata a benivolis stellis vel de tri-
gono vel de exagono radiata fuerit, ad deos con-
fugiunt et illic manebunt ab ipsis remedia postu-
lantes. Quodsi Luna se Mercurii stellae coniunxerit,
sic Sole et Saturno et Marte, sicut diximus, positis,
Iuppiter vero et Venus in aversis et deiectis locis
fuerint inventi, insanos lunaticos daemoniacos faciunt
et qui ex ⟨istis⟩ vitiis perpetuis calamitatibus inpli-
centur, ita ut et biothanata morte depereant.

In nono loco Sol ab horoscopo constitutus fabri- 33
catores deorum facit vel cultores [deorum] divinorum
simulacrorum vel ornatores deorum vel fabricatores
templorum aut hymnologos et qui laudes deorum cum
iactantiae ostentatione decantent, ex quibus rebus glo-
riam et honores habebunt. Et facit autem sic Sol
positus patrem felicem, sed et ipsi et patri eius va-
rias vitae mutationes multiplicesque decernit. Et si
benivola stella sic Sole posito in anafora MC. fuerit
inventa, in peregrinis locis constituti augmenta felici-
tatis maxima consequentur. Si vero in hoc loco mali-

3 *fort.* ⟨sic⟩ his 6 compesci, *corr.* Q^b (compescet v) 7 mitigata, *corr.* Q^b | ut *Sittl*] aut | ob nefariam, *corr.* a 9 luminum, *corr.* ϰσ 11 lunę MRV 17 adversis A′ 19 *add.* ϰ 20 et *om.* M 22 sculptores ϰ *cf. ad 132, 14* | *del.* a 23 *ante* fabricatores fi M 26 Et *del.* A′ 29 beniuole stellę P^a 30 constitutus MV^b constitutis V^a

vola stella fuerit inventa, multa incommoda in per-
egrinitate patietur et peregre cum dolore morietur.
34 In decimo loco Sol ab horoscopo partiliter con-
stitutus in diurna genitura, idest in MC., in domo
sua aut in domo Iovis aut in ea parte, in qua ex-
altatur, faciet reges, quibus a patre tradatur im-
perium, aut duces, quibus †hoc honoris simili modo
paternis tractatus honoribus conferatur, aut admini-
stratores et consules et proconsules, sed quibus hoc
35 ex paterno dignitatis merito deferatur. Quodsi sic
Sole posito Mars alium geniturae possederit cardinem,
regna ducatus administrationes consulatus proconsu-
latus per pericula et per pugnas et per invidiam con-
sequentur. Quodsi Sol in MC. in his signis, in quibus
diximus, partiliter fuerit inventus, Mars vero in occasu,
idest in septimo geniturae loco, fuerit constitutus et
Luna in alio cardine geniturae plena luminibus Martem
respexerit, idest aut in hora posita aut in MC., facit
eum, qui natus fuerit, sive rex sive dux sive consul
sive proconsul sive administrator, exulem captivum.
36 Sed et si Sol, sicut diximus, in MC. fuerit collocatus,
Mars vero in secundo horoscopi loco vel in VIII. loco
fuerit constitutus et Luna per diametrum vel per
quadratum Martis exceperit radios vel cum ipso pleno
fuerit lumine constituta, simili modo hos eosdem, quos
diximus, biothanatos exules captivos facit. Quodsi sic
Sole, sicut diximus, posito Mars alienus ab his locis
fuerit, quae diximus, Iuppiter vero in cardinibus fuerit
inventus aut in cataforis et Luna aliquem geniturae

7 *possis* hoc honoris ⟨incrementum⟩ s. m. ⟨a⟩ p. tralatum h. *vel sim.* traditum *Sittl ceteris relictis* 8 amministratores (-strores **V**) **PRV** (*idem* 20 *saepe*) 10 paterno *x*] parte pro *cf. IV 10, 7* | conferantur **Q**[a] 12 administrationis (amm- **V**), *corr.* **A′** 13 et *alterum* **R**[a]] sed (set **R**[b]) 14 medium cęlum 15 occassu **R** 18 *nonne* in IMC. *aut* in MC. ⟨aut in IMC.⟩? 20 exullem **PR** (*idem* 26) 22 VIII° **A**] VIIII. *cf. 60, 9. 129, 8* 25 simili modo **A′**] similitudo

possederit cardinem plenaque luminibus Iovi se radia-
tione coniunxerit, hos eosdem reges aut duces faciet
potestatem suam per spatium totius orbis extendere.
Platice vero Sol in eo signo constitutus, in quo est 37
MC., nobiles parentes faciet, honestos, praesertim si
sic Solem positum benivola stella aliqua radiatione
respexerit; minuuntur autem etiam haec, si sic posi-
tum Solem malivolum sidus impediat. Sed genera-
liter Sol in omnibus cardinibus partiliter cum Mer-
curio constitutus litteratos faciet, disertos et variis
litterarum studiis ornatos, unde varius actus et ma-
xima quaedam decernitur disciplina. Erunt autem
isti, qui sic habuerint Solem et Mercurium, si se illis
Iovis stella coniunxerit, litterarum gratia et magi-
sterii cum regibus constituti; sed et haec etiam Mer-
curius faciet, si longe a radiis Solis fuerit inventus
et si sic eum positum sine invidia Martis ac Saturni
Iuppiter et Venus bona radiatione respexerint.

In undecimo loco Sol ab horoscopo constitutus 38
felices faciet et nobiles, et quorum patres maximo
honoris splendore decorentur; sed processu temporis
augmenta felicitatis et dignitatis accipient. Haec
autem maiora erunt omnia, si sic positum Solem
Iuppiter aut simul cum eo collocatus aut trigonica
radiatione respexerit aut si Venus cum ipso matutina
fuerit inventa aut ⟨de⟩ exagono matutina respexerit;
nam hae omnes dignitates amicorum illis gratia con-
feruntur. Si vero in undecimo loco geniturae fuerit
inventus et malivolae stellae aut cum ipso fuerint

1 plenamque l. iouis et sideratione, *corr.* **A**'a *et* *κσ* 2 facit **V** 5 *fort.* faciet ⟨et⟩ 7 minuuntur **A**] adminuuntur **MR**^{b}**V** at minuuntur **PR**^{a} 8 genitaliter **MP**^{a}**R**^{a}**V** 9 omibus **M** | partiliter **A**'] part. 10 dissertos **P** 11 literarum **R** | oratores, *corr.* *Sittl* 15 rebus constitutis **M** | sed [et] haec eadem *κ* 17 sine a] in | inuidiam **R** 20 felicem **M** 21 spendore **R** 25 *et* 26 matutino, *corr.* **A**' 26 de *add.* *κσ* 29 aut cum **V**] autem **M** aut **P** *et cum spat. 2 litt.* **R**

aut aliqua illi radiatione coniunctae, nihil quidem ⟨in⟩ actibus neque honoribus impedient, sed soli filiorum loco acerbi decreti perseverantia nocent.

39 In duodecimo loco Sol ab horoscopo constitutus ignobiles et frequenter servos et captivos faciet et patris citam mortem et totius patrimonii iacturam decernit, etiam vitia et aegritudines graves. Sed et si benivola stella cum Sole in eo loco fuerit inventa, nihilominus maximas ignobilitates faciet. Si vero malivola stella in hoc cum Sole fuerit inventa, perpetuas aegritudines et vitia maxima decernit et perpetuas servitutes.

40 Sed et Solis duodecatemorium et duodecatemorii fines diligenter inquire, ne in aliquo te fallat huius operis disciplina.

VI. VENUS.

1 Venus in parte horoscopi partiliter constituta si per noctem in hoc loco fuerit, divinis ingeniis homines faciet, amicos imperatorum aut potentium reddit et quibus imperatorum ac magnorum virorum negotia credantur. Faciet etiam oratores maximos et bonos secundum naturam qualitatemque signorum. Si enim in humanis signis partiliter in horoscopo fuerit inventa, faciet sacerdotum principes et qui in ipsis sacerdotiis purpureis aut auratis vestibus induantur et qui futura praedicant. Faciet autem gratos venustos divites, si nulla malivola stella sic positae Veneri
2 aliqua se potestate radiationis obiecerit. Si vero in his, quibus diximus, signis partilitèr Venere in horo-

2 in *add.* x | soli V] sol 5 nobiles, *corr.* A' V *rec.* | frequentes, *corr.* v 7 uitam, *corr.* *Sittl* | egritudinem, *corr.* A' 8 in eo — 10 cum Sole *bis habent* MV 10 in hoc ⟨loco⟩ σ | hoc console PR 13 sol, *corr.* A' 14 in *om.* M 16 *om.* PR de uenere V 18 inieniis V 23 horoscopi PR 25 sacerdotis MPR 26 et P^a Q] ut $MP^b RV$ 29 uenerem — 143, 1 constitutam, *corr.* A' | horoscopum, *corr.* v

scopo constituta Mercurii se stella coniunxerit et cum eadem fuerit [et] in eodem signo et isdem partibus partiliter collocata, coronis faciet atque infulis coronari; faciet etiam tales musicos, ut omnium admiratione laudentur. In constantibus vero signis et quae 3 modicae sunt vocis posita, in nocturna scilicet genitura, faciet multiplici studio veneratores amicos imperatorum, facientes aliquid tale et invenientes, quod ad venias regias pertineat; faciet etiam praepositos voluptatum, sed earum quae ad delectationem regiam praeparantur, accipientes annonas ab imperatore maximas, sic ut ex praestatione annonarum maximae illis divitiae conferantur. In terrestribus vero signis aut in aquosis constituta faciet tales homines, qui odorum pigmenta faciant aut qui magnificas vestes texant, aut tinctores maximos perficiet. In quadrupedibus vero signis sic ut diximus constituta faciet nobiles gloriosos bonos, amatores pecorum et regis animalibus praepositos. Si vero in diurna genitura in horoscopo 4 partiliter fuerit inventa, faciet infames libidinosos impuros; erunt etiam linteones aut plumarii aut colorum inventores atque tinctores aut caupones aut tabernarii. Sed si sic Venus per diem posita Saturnum ex aliqua parte respexerit, faciet molles, cinaedos, vel qui se †dulibus actibus dedant; sed si in horoscopo Venus constituta ..... in prima aetate dabit uxorem. Faciet autem Saturnus, si sic positam Venerem forti radiatione respexerit, aut spadastros aut textores aut pigmentorum inventores. Quodsi sic Venerem posi-

2 *del.* **A′** | hisdem 3 coronatis **MPR** 5 *dicitne ἀμετάβλητα et ἡμίφωνα? Maximus 107, 4. 18 Ludwich; an* consonantibus? *ϰ cf. 52, 17, Heph. 47, 10* | et quę **v**] ęque 7 veneratos *σ* 12 sit **M** *supra* c ł (= vel) **R** | ut *ϰ*] autem (autem ut **V**) | annoriarum **V** 14 colorum *Sittl, at cf. de err. 112, 26* 15 textant **P** 18 regiis **V** 21 plumaria, *corr.* **v** 24 vel *om.* **P** 25 *fort.* sedilibus *cf. Maneth. VI 533* | edant **M** | honosc **M** 26 *lac. statuit ϰ* (*qui olim* ⟨per noctem⟩ Venus); sic *pro* si *Sittl*

tam Iuppiter bona radiatione respexerit, regis textrinis
faciet praepositos.

5 In secundo loco Venus ab horoscopo constituta
si in nocturna genitura sic ut diximus fuerit inventa,
facit magnarum artium inventores et affluentia copio-
sos, sed qui frequenter pulsentur infamia, et quibus
gradatim felicitas conferatur, et gratos amoenos in
6 veneriis cupiditatibus. Si vero per diem in hoc loco
fuerit inventa, maximas contrarietates et tardas nup-
tias decernit, causas etiam cum aliqua femina con-
citat; quidam etiam repentinis uxorum mortibus vidu-
antur. Si vero sic positam Venerem aut Sol aut
Saturnus per quadratum aut per diametrum respexe-
rint vel cum ea positi fuerint, facient steriles et circa
venerios actus inefficaces et qui numquam ducant
uxores et qui semper puerorum amoribus inplicentur.
Sed haec fortius decernuntur mala, si in diurna geni-
tura sic Venus fuerit inventa in domo Saturni vel
Martis vel Mercurii vel in finibus eorum.

7 In tertio loco Venus ab horoscopo constituta
bona erit, si eam Iuppiter aliqua radiatione respexe-
rit; accipiet enim uxorem de templo vel sacerdotem
<vel> sacerdotis filiam. Sed si cum Venere Mercurii
stella fuerit <vel> Luna, erunt etiam ipsi prophetae
neocori aut praepositi templis et religionibus.

8 In quarto loco Venus ab horoscopo constituta
per diem, idest in IMC., iacturam maximam patri-
monii faciet et assiduas viduitates et tales reddit, qui
difficile possint aliquid impetrare. Sed et cum ei Mer-
curius fuerit partili radiatione coniunctus, adulteros
faciet frequenter †stoemen propter malas administra-

4 si sic **V** | diximus *om.* **M** sicut diximus *om.* **V** 7 et *om.* **V** | amoenis **P**^{a} 8 ueneris (uen. **MV**), *corr.* *κ* 10 concitant **V** 13 respexerit, *corr.* **A′** 23 *add.* **A′Q** 24 *add.* *Sittl* 27 in medio cęlo **PR**^{a} 29 ei *κ*] et **MV** *om.* **PR** | merc., *unde edebant* Mercurio ... coniuncta 30 partiliter, *corr.* *κ* | radiationem, *corr.* **A′** 31 faciet <et> fr. eosdem *σ*

tiones vel publicas vel privatas proscribi facit. Si 9 vero per noctem in hoc loco fuerit inventa, processu aetatis †laudes faciet, magnorum virorum amicos et plenos gratia et decentes, in iuventute vero, idest in prima aetate, honestos quidem et quibus nihil desit, sed vitio quodam mentis implicatos secundum propriam signi naturam atque substantiam. In tropicis enim signis constituta aut in duplicibus viduitates decernit et damna et causas propter mulieres aut ⟨a⟩ mulieribus excitatas; in solidis signis constituta morigeras decernit uxores et qui ab his maxime diligantur et quibus gloria et patrimonia a mulieribus conferantur, amoto signo Aquarii; nam si Venus in hoc signo fuerit inventa, in quarto scilicet ab horoscopo loco, et Luna aut de quadrato aut de diametro eam respexerit vel si cum ipsa sit collocata, faciet steriles et qui filios creare non possint et qui se numquam velint coniugalibus [atque] affectibus copulare et qui puerorum semper coitu gaudeant.

In quinto loco Venus ab horoscopo constituta 10 faciet bonos benignos et ⟨qui⟩, quicquid volunt, facile impetrent. Faciet etiam coronari infulis et coronis; si Iuppiter eam aliqua radiatione respexerit, famosos vel quodam honore nobilitatos. Si vero cum ea fuerit Mercurius collocatus, augmenta vitae ⟨et⟩ promotiones, sed cum maxima largitur infamia. Faciet autem in omni congressione victores et quibus gratia victoriarum praemia conferantur, in omnibus potentes et qui semper futura praenoscant, notos potentibus viris, et quibus a mulieribus ⟨aut⟩ ab uxoribus patrimonia

3 blandos *Mommsen Mueller* 7 substantia **P** 10 a *add.* σ 13 *est enim* ὀλιγόγονος *Maximus 108, 22 L. cf. Maneth. I 106* 14 signo] loco **V** 15 et **VA'**] in 16 facient **MV** 18 velint *Sittl*] uel in | *del.* ϰ *cf. IV 12, 1. 14, 9* 19 cogitu **P** 21 qui *add.* a 22 facient, *corr.* **A'** | infulis **A'**] in filiis 23 famosa, *corr.* v 24 nobilitatis, *corr. Sittl* 25 et *add.* ϰ | promotionis (-ioris **P^b R^b**), *corr.* **A** 30 aut *add.* **A'**

maxima conferantur, vel qui praesidio aut patrocinio
mulierum aut uxorum [aut] ad maximos veniant gradus
dignitatis, sed processu temporis omnia eis plena per-
11 fecta tribuuntur. Si vero crescentis Lunae lumen ex-
ceperit aut crescens Luna se ei coniunxerit, cum magna
invidia administrationes et glorias consequentur, sed
certos reddit et ab omni mendacio separatos, qui nec
de veris rebus iurisiurandi necessitatem aut dare aut
accipere velint; sed cum uxoribus faciet sic cum Luna
Venus posita propter quasdam suspiciones contentiosa
iurgiorum conflictatione iurgare.
12 In sexto loco Venus ab horoscopo constituta per
diem et noctem ignobiliores dabit uxores aut viduas
aut debiles et numquam morigeras viris, si nulla
stella in MC. fuerit inventa. Si vero mulier in sexto
loco geniturae suae Veneris stellam habuerit colloca-
tam, magnas difficultates et magna pericula patietur
ex partu; aut enim abortabit frequenter aut difficile
edit partum, ut intra viscera eius laceratum pecus
13 a medicis proferatur. Si vero in sexto loco Venere
constituta, in nocturna scilicet genitura, aliqua stella
in MC. fuerit inventa, faciet gratos decoros, quibus
uxores morigerentur, et quibus ab uxoribus felicitas
conferatur, et omnia quaecumque voluerint conse-
quentes. Si vero aliena Venus a cardinibus fuerit
constituta ⟨et⟩ malivolae stellae [quae] in cardinibus
[fuerit] constitutam Lunam forti radiatione possede-
rint, expositos a parentibus faciet et †statim faciunt.

1 aut] uel **V** 2 aut ad] ad *ex* aut **V** 5 aut κσ] et 9 si **V** | eum lunę uen. positę, *corr.* **A'** 10 contentiosas — 11 conflictationes, *corr.* κ 17 patientur **MR**[a]**V** 18 abhortabit **P** 19 edet **A'** | ut κ] aut | eis **M**[a]**PRV** | pectus **V**[b] | laceratus fetus *Jahn Philol. 26, 8 at cf. fol. LXXXI col. 3 ima Rose ind. Theod. Prisc. et Soran.* 20 uenus (uen. **M**), *corr.* κσ 22 cuius uxores, *corr.* **a** 23 morigeruntur **MPR** 26 et *add.* **A'** | *del.* κσ *et* **A'** *possis* malivolaeque 27 *dici solet* possidere locum, cardinem 28 *fort.* finiunt *cf. 127, 12 III 11, 12. 13, 2* pereuntes *displicet*

In septimo loco Venus ab horoscopo constituta 14
si in suo signo per noctem fuerit inventa, felicem
reddit senectutem, tardius autem dabit uxorem et
difficile filios decernit eis, qui sic habuerint Venerem
positam. Faciet autem de rebus veneriis maximis in-
famiis laborantes secundum naturam qualitatemque
signi. Si enim hunc locum tenuerit in tropicis signis
constituta vel squamosis vel [aut] erraticis, et cum
ea Mars fuerit aut se illi per diametrum aut de qua-
drato forti radiatione coniunxerit, facit inpuros libi-
dinosos infames. Si vero sic positam cum Marte 15
Venerem in his, in quibus diximus, signis aliqua
Saturnus radiatione respexerit, idest aut per quadra-
tum aut per diametrum aut simul positus, mulieres,
quae sic habuerint Venerem cum hac stellarum socie-
tate, inpure et inpudice cum mulieribus coibunt libi-
dinis causa. Sed haec vitia erunt fortiora, si in Capri-
corno vel Ariete haec se stellarum mixtura coniunxerit.

In octavo loco Venus ab horoscopo constituta si 16
fuerit, in diurna scilicet genitura, tarde dabit uxorem,
et cum dederit, dabit aut degenerem aut viduam aut
sterilem aut gravi foeditate deformem. Sed et si Mer-
curius cum ea fuerit ⟨et⟩ simul cum Mercurio Venerem
in hoc loco positam malivola stella respexerit vel per
quadratum vel per diametrum vel si cum ipsis in hoc
loco fuerit inventa, omne eius, qui natus fuerit, patri-
monium dissipatur vel qualicumque proscriptione nu-
datur. Mors vero illi per gonorroeam, idest per defluc-
tionem seminis, aut contractionem aut per spasmum
aut per apoplexin infertur. Si vero per noctem in

5 ueneris **MPR** 6 ęquitatemque, *corr.* v 7 tenuerint, *corr.* **A'** 8 aut *om.* **V** 11 merc. (c *ex* t?) **M** 12 alia, *corr.* ϰ 15 quae] qui | hanc **M** 16 *an* impurae et impudicae? | et *om.* **P** 18 uel in **M** | *signa sunt ἀσελγῆ Maximus 108, 25 L. cf. VI f. LXXV c. 3 in. VII f. XCIX c. 3* 20 diuturna **M** | tardabit, *corr.* **A'** 23 et *add.* a 24 maliuolam **PR** | stellam **P** 28 mores, *corr.* **A'** | defluxionem **V** 29 pasmum **MV** 30 poplexin **V** | feritur, *corr.* σ

hoc loco Venus fuerit inventa, divites faciet et quibus morte mulierum magnarum felicitas conferatur; mors vero illis cito et sine dolore et sine aliquo tormento decernitur.

17 In nono loco Venus ab horoscopo si fuerit constituta in diurna genitura, faciet eum, qui sic habuerit Venerem, assidua cuiusdam daemonis interpellatione pulsari; faciet autem in templis manere sordidos et sic semper incedere et qui numquam tondeant comam, et qui aliquid velint quasi a diis dictum hominibus nuntiare, quales solent esse in templis, qui vaticinari consueverunt; reddit etiam sic posita Venus somniorum frequenter interpretes. Sed haec fortiora erunt, si sic positam Venerem Saturnus aliqua radiatione

18 respexerit. Si vero in nocturna genitura hoc loco fuerit inventa, faciet divinos, deorum cultores et qui sacris ac religionibus imbuant; quibusdam vero officia aut dona largitur ex templis. Si vero per noctem sic Venere constituta Mars et Saturnus de diametro vel de quadrato vel simul positi se ei coniunxerint, facient ⟨per⟩ mulieres exagitari aut †cum mulieribus gravis infelicitas conferatur, et quibus semper mulieres ingratae sint, praesertim si [ergo] cum ista stellarum

19 societate in tropicis signis fuerit inventa. Si vero sic positam Venerem de trigono vel de exagono Iovis stella respexerit vel si cum ea fuerit inventa, faciet mulieribus adamari, faciet venustos gratos et qui omnia facile consequantur et qui in re dominentur uxoris; alii curam mulierum suscipiunt vel mulierum procuratores existunt; alii sic habentes Venerem in

2 magnarum] *cf. Maneth. II 314, III 178, V 305* 8 sordido (-ide **A′V**), *corr.* κσ 9 tondeat **M** 10 uelit (t *ir.*) **M** 12 etiam **A′**] eam **MPR** eos **V** | positam **MPR** 17 imbuantur **V** *cf. 171, 28* 18 exemplis, *corr.* **A′** 19 uenerem constitutam, *corr.* **v** 21 *add. Sittl, possis alia velut* ⟨causas per⟩ m. excitari | cum] cui a κ quibus ex *Sittl* 22 conferetur **V** | mulieres semper **V** 23 *del.* **A′** 25 axagono **R** 26 faciet ⟨a⟩ **a** 27 mulielibus **P**[a] 28 dominetur **V** 29.30 proc. mul. **V**

palatiis regum vel in potentium virorum domibus ob
fabricationem harum rerum, quae ad cultum sunt
mulierum necessariae, perseverant grati semper ex
his ac necessarii ⟨et⟩ propter has res promotionibus
aliquibus adornantur et ex his rebus augmenta patri-
monii maxima consequentur. Si vero sic positam 20
Venerem Mars in diametro constitutus vel in qua-
drato respexerit, praesertim si ipse sit in cardinibus
constitutus, inimicos habebunt, videbunt etiam graves
mortes filiorum; erunt etiam inimici filiorum aut ad-
ulterii aut stupri causa. Si vero sic positam Venerem
cum Iovis stella Mercurius de quadrato respexerit vel
Saturnus solus in diametro [venerit vel] fuerit inventus
Mercurio in quadrato vel cum ipsa constituto, vel si
simul Saturnus et Venus cum Mercurio fuerit con-
stituta, in hoc scilicet quo diximus loco, faciet steriles
sine semine, puerorum amatores libidinosos et propter
haec vitia in homicidiis aut periculis aut criminibus
constitutos. Si vero mulier sic habuerit Venerem,
sicut diximus, cum hac scilicet coniunctione stella-
rum, virorum actus semper imitabitur.

In decimo loco Venus ab horoscopo si fuerit 21
inventa, idest in MC., faciet claros et coronatos et
quibus grandis gloria et fortuna maxima conferatur.
Si vero hoc loco cum Mercurio fuerit inventa, faciet
cordatos disciplinae auctores et qui, quod voluerint,
facile consequantur. Si nulla Saturnus et Mars se
ei radiatione coniunxerint, ipsa vero sit matutina,
facit publicos musicos et qui a populis honorentur.
Si vero se ei Saturnus aliqua radiatione coniunxerit,

4 necessariis, *corr.* ϰ | *add.* **a** 5 adorantur **MV** 11 aut si stupri **MPR**^{b} 13 *del.* **a** *an* Veneris? 14 mercurius **PR** | *verba* vel si —15 constituta *non integra;* fuerint constituti **v** 20 hęc **MV** 23 MC.] merc. **M** 26 ⟨musicae⟩ disciplinae ϰ *cl. III 12, 17* | qui quod] quicquid **PA′** ⟨qui⟩ quicquid *Sittl* 28 coniunxerit **MV** | sit **A′**] si (si fuerit **V**) 30 eis **MP** (s *ss.*) **R**

faciet infames et in his, quibus [diximus] profitentur, artibus secundos et qui numquam sibi vindicent principatum et qui res suas alienae tuitioni committant. Si vero sic positam Venerem Mars forti radiatione respexerit aut si cum ipsa fuerit, faciet infames
22 famosos. Si vero mulier sic Venerem positam habuerit, ⟨erit⟩ impura libidinosa et ad omnium exposita voluptatem et meretricis semper actibus implicata, quae propter necessitatem vitae in meritorio se statuat vel lenoni locet; sed [et] secundum qualitatem substantiamque signorum hi actus perficiuntur. In erraticis enim signis aut in tropicis aut in Saturni domibus aut squamosis ⟨si⟩ sic, ut diximus, Venerem vir habuerit constitutam, infamis erit in infinitum et qui res inpuras multiplici ratione committat. Sed sic ut diximus in his signis et cum ista stellarum societate Venus posita, ita ut [non] in feminino signo fuerit inventa et Luna per quadratum vel per diametrum crescens lumine simili modo etiam ipsa in feminino signo constituta Martem respexerit, faciet eunuchos aut abscisos archigallos aut hermafroditos, et qui semper haec agunt et patientur, quae mulieres pati consueverunt praeposteris libidinum ardoribus agitatae.

23 In undecimo loco Venus ab horoscopo constituta si vespertina fuerit et eam sic collocatam Mars et

1 *del.* v | profitetur, *corr. Sittl; an* diximus profiteri? 2 principatum et] et principatum (et *om.* V) 3 committat MPR 6 mulieres, *corr.* a | habuerint PRV 7 erit *add.* a | omnia P 8 uoluntatem, *corr.* ϰ | meretriciis A′Q 10 lenoni locet Q] lenone nocet M lenoni nocet PR lenone noceat V | et *del.* ϰ 11 hii P 13 ⟨in⟩ squamosis A′ | si *add.* A′ (*post* Venerem) | uenus — 14 constituta MV 14 infinitam, *corr.* A′ 15 multiplica MV 17 societate V] sotiata M saciata P sociata R | non *del.* a | *fort.* posita [ita ut non], ⟨si⟩ in 18 inuentus, *corr.* A′ 19 lumini, *corr.* A′ 22 et qui semper *geminat* V 24 agitatae σ] citatae *expectaveris masculinum* 26 sic] si M

Saturnus aliqua parte respexerint, faciet steriles ⟨et⟩
qui generare non possint et qui difficile nuptias ad-
ipiscantur, et frequenter puerorum amatores facit aut
mulierum scaenicarum vel qui publicis mercimoniis
praesint, praesertim si sic posita in tropicis signis
fuerit constituta, sed circa substantiam gradatim cre-
scentes et quibus augmenta honorum vel etiam patri-
monia amicorum praesidio conferantur, gratos tamen
et venustos faciet. Et si sic posita Venus coniunc-
tionem Lunae venientis acceperit, faciet locupletes
divites †maxime potentiores etiam gloriae et quibus
magnarum potestatum cura mandetur; interdum nobi-
lium civitatum faciet decem primos. Si vero matu- 24
tina in hoc loco fuerit inventa et simili modo con-
iunctionem Lunae venientis exceperit, a prima aetate
faciet potentes et tales, quibus a prima aetate potestas
aliqua committatur, ita ut magnis viris aut impera-
toribus fides amicitiae merito coniungant, et qui semper
usque ad ultimum diem vitae gratia venustatis ornen-
tur; et fortiora haec erunt, si sic Veneri et Lunae
in hoc loco positis Mercurius se aliqua radiatione
coniunxerit vel si cum ipsis in eodem loco fuerit con-
stitutus.

In duodecimo loco Venus ab horoscopo consti- 25
tuta si in nocturna genitura sic fuerit inventa, faciet
mulierum causa assiduo tristitiae dolore cruciari. Si
sic [exemplo] positam Mars et Mercurius forti radia-
tione respexerit, faciet ei ab ancillis libidinis causa

1 et *add.* **A'** 6 substantia **P** 7 horum, *corr.* ϰ (bonorum σ) | etiam uel, *transpos.* ϰ | patromonia **P**ª *an* -monii? 8 praesidia **P**ª 9 coniuntionem **R** (*idem* 14) 11 *v. g.* maximae potentiae et gloriae (potentiae, maioris etiam?); gloria *Mueller* 12 potestatem, *corr.* **A'** | cura mandetur **A'**] cui mandetur **MQR** cumandetur **P** commendetur **V** 16 potentem, *corr.* **A'** 18 merita, *corr.* *Dressel* fidelis am. merito coniungantur σ 20 et] sed a | uenus, *corr.* v 21 luco **P** 26 dolores **M**ª 27 *del.* **A'** *latetne* eam? 28 respexerint **A'** | ei ϰ] enim | libidinis **V** *et fort.* **M**ª] libidinosis

frequenter insidias, facit animi aestus et decernit in-
stinctu libidinis turpis amoris incendia; alii vero an-
cillas matrimoniis sibi iungunt, alii [sibi] publicas
meretrices genialis sibi tori copulatione consociant,
26 ex qua causa etiam filiorum sobolės denegatur. Per
diem vero in hoc loco posita mulierum causa necem
vel malae mortis decernit atrocitatem secundum natu-
ram qualitatemque signorum; habet enim haec stella
varias, sed quae difficile inveniri possint, decernendi
potestates. Sicut enim in imaginibus artifex pictor
liniamenta membrorum ex varia mixturarum diversi-
tate persignat et temperatis coloribus [et] certam
corporis formam imitatione facit similitudinis corpo-
ralis, sic et stellarum coniuncta radiatio societatis
consensu pariter temperata vim quandam vicissim ex
coniunctis sibi potestatibus mutuatur et substantia
sibi ex diverso ignium colore collata fata hominum
ad picturae modum aequata societatis moderatione
27 depingit. Nam hoc sic esse, quod dicimus, istis
rationibus comprobatur. Venere [si] sic, sicut dixi-
mus, collocata si ⟨se⟩ Saturnus aliqua radiatione con-
iunxerit, animos facit [animos] perversis vitiis im-
plicari et ad nullos actus reddi necessarios, praesertim
si ista coniunctio Veneris et Saturni in nocturna geni-
tura fuerit inventa. Si vero sic posita Iovi se radia-
tione coniunxerit, ab incursu praecedentis malitiae
liberatur; maxima enim largitur bona. Nam et patri-

1 insidaas **R** | aestus *Sittl*] aestu (estum **V**) | et κσ] sed 2 alii **A′V**[b]] animi 4 thori **M** 5 denegantur, *corr.* **A′** *noli obicere Reisig*[2] *N. 562* 12 et *del.* **A** 13 imitationem (inm- **R**), *corr.* **A′** | similitudine **PR** | corporali, *corr.* κσ 16 mutatur (ur *eras.* **V**?), *corr.* **A′Q** | substantiam, *corr. Sittl* 17 collocata (-tam **V**), *corr.* **A′V**[b] 19 nam si hoc si· esse **P** 20 comparabatur **M** comparatur **PR** | Venere **A** (Veneri **Vv**)] genus 21 collocatae **V** | si] se **V** | se *add.* **A′** 22 animos *prius del.* **V**, *posterius* **A′** | faciet **V** 23 reddit **V** *fort. recte* 25 iouis, *corr.* **A′** 27 patrimonia augmentata (ta *ss.* **M**) **MV**

monii augmenta propriis actibus consequentur et
erunt ab omni vitiorum labe sepositi, si tamen sic
constitutam Venerem cum Iove de diametro Luna
nulla radiatione respexerit. Quodsi in diametro Luna 28
fuerit inventa, faciet infames libidinosos aut puerorum
amatores, et ex coitu mulierum †sudarios facit gravi
infamiae pulsari dedecore; ex incestis enim et stupris
ex ista commixtione graves decernuntur infamiae; aut
enim cum sororibus aut novercis aut filiabus aut fra-
trum uxoribus coire coguntur, sed nihilominus ex
isto incesto lucra illis maxima obveniunt et confertur
aliquod meritum dignitatis. Sed et semper Venus 29
cum Luna simul posita aut de quadrato coniuncta
aut amoris inlecebras aut infamiae labem prona in-
felicitate decernit aut acerbis animi vitiis implicabit
aut facit inpura aut libidinosa cupiditate praeposteros
aut ex incestis amoribus gravi pulsat infamia. Aut
enim, sicut supra diximus, cum sororibus coeunt aut, si
alienas a genere, duas tamen sorores stupro sibi cognitas
coniungunt aut cum filiabus coibunt aut cum matribus
aut cum nuribus aut cum privignorum uxoribus, aut
circa fratrum uxores vitio libidinosae cupiditatis arde-
bunt, [aut matribus] aut ⟨cum⟩ novercis coibunt aut cum
adfinibus [aut cum sororibus] aut cum sororum filiis.
Si vero mulier sic Venerem habuerit collocatam, faciet 30
libidinosam et quae promiscuis amoris voluptatibus
implicetur, sed semper infamiae labe possessam et
incestis amoribus aestuantem; et ipsa enim aut cum
fratribus suis coibit aut cum filiis aut cum parentibus
aut cum patruorum filiis aut cum filiarum maritis aut

1 consequetur, *corr.* **v** 6 cogitu **P** 7 ex stupris, *corr.* **A'** 9.10 fratrum uxoribus *σ*] fratribus 10 nihil omnibus **MR** *ss.* ı ni *supra* bus 11 incest$\overset{u}{o}$ **V**] incerto **MPR** 14.15 felicitate, *corr.* *κ* 16 praeposteris, *corr.* **V** 19 cognitas *κ*] cogente 20 fiabus **R** 23 *hic et infra del.* *κσ* | cum *add.* **A'** 24 sororum] sororibus **M** 26 praemiscuis **PRV** | amoribus, *corr. Sittl* 28 et *om.* **V** | cum *om.* **P**

cum patruis aut cum filiorum suorum patruis aut privignis aut adfinibus, aut duos fratres ad unam lecti libidinem devocabit; alias vero mulieres viriles facit
31 actus appetere. Sed haec tunc fortius facit, si cum Luna ista radiatione coniuncta in tropicis signis vel in erraticis vel squamosis vel in biformibus ista, qua [fuerit] diximus, fuerit radiatione composita. Quae fortiora et vehementiora erunt, si sic ambas, idest Lunam et Venerem, sic ut diximus, positas vel unam de duabus Mars aut Saturnus aut de diametro vel de quadrato viderint aut cum una ipsarum unus de duobus fuerit collocatus, vel si ista societate iunctae Luna pariter et Venus vel ista radiatione compositae in domo Martis vel Saturni fuerint collocatae vel si in Mercurii signis aut simul fuerint aut una de duabus in Mercurii signo collocata aliam tali, quali diximus,
32 radiatione respexerit. In vespertino ortu Venus constituta, sed nocturna genitura in bono constituta signo, si se Marti prospera radiatione coniunxerit, bona felicitatis incrementa decernit; potentes enim et gloriosas facit potestates et honorum maxima largitur insignia et locupletum facultatum divitias largitur. Quodsi per diem Marti se quacumque radiatione coniunxerit, multorum ac magnorum malorum infortunia decernit. Gaudet enim per noctem, si se Lunae Marti Mercurioque coniunxerit, et tunc homines maxima felicitate nobilitat, quotiens in nocturna geni-
33 tura fuerit cum his bona radiatione coniuncta. Si vero cum Sole in hoc loco, in quo loquimur, Venus fuerit, iniustissimam eam fore omnium prudentium

3 deuocabunt, *corr.* **v** 4 si cum **A**] simul cum 7 fuerit *del.* **V** | radiatio, *corr.* **V** 12 iuncta, *corr.* **a** 14 domum, *corr.* **a** | collocati, *corr.* **a** 15 mecurii **R** 16 signa, *corr.* **A'** | collocat, *corr.* **A'** | alia, *corr.* **a** 18 sed] in **x** 20 bono **MV** 21 glorias **PR** | bonorum, *corr.* **A'** 23 Marti se **a**] mart. et 26 luna, *corr.* **x** 28 bonis, *corr.* **A'** 30 fuerit inuenta **V**

responsionibus constitit. Male enim constituitur Venus,
si cum illo fuerit collocata; non enim gaudet Solis
sociata luminibus, et quicquid in rebus humanis malum
videtur ac miserum, hoc totum hominibus cum Sole
posita decernit. Gaudet vero retro Solem collocata,
idest matutina; tunc, quicquid boni cum bonis posita
decreverit, fortiori felicitatis crescet augmento. Si vero 34
domina horoscopi fuerit inventa et ipsa totius geni-
turae domina fuerit vel si ipsa decreverit vitam in
bonis signis et oportunis geniturae locis collocata,
maximam vitae largitur aetatem. Si vero dator vitae
[largitur] vel domino geniturae vel horoscopi domino
in diurna genitura restiterit, ex eo tempore vitae,
quod decretum fuerit, minuit annos octo; et vitia sic
posita decernit, sed talia, quae non gravi maculentur
infamia.

Sed et in Venere similiter quaere duodecatemo- 35
rion et fines, ut omnibus rationibus decretorum se-
creta repperias.

VII. MERCURIUS.

Mercurius in parte horoscopi partiliter constitutus 1
in his, in quibus gaudet signis, in diurna genitura
facit philosophos, grammaticae artis magistros aut
geometras aut caelestia saepe tractantes aut qui ad
hoc spectent, ut deorum possint praesentiam intueri,
aut sacrarum litterarum peritos; facit etiam frequenter
oratores et advocatos, praesertim si in hoc loco vel
in suis signis vel in ceteris vocalibus signis fuerit
inventus. Quodsi sic Mercurium Sol aut Saturnus aut 2

1 consistit **V** 7 fortiora, *corr.* **a** (*qui* potiore) | aug-menta, *corr.* **a** 8 inuentus **MP** inuent. **R** 12 *del.* **A'** | *cf. ad 103, 23 et 74, 10* 13 ex Q^b] et 14 minuta, *corr.* **QA'** 15 maculent *Mommsen* 18 eius fines **v** 20 *om.* **PR** de mercurio **V** 23 phylosophos **MR** 25 spectent **V**] expec-tent | ut *om.* **PR** | praesentia, *corr.* **V** 29 *nempe* Mercurium ⟨positum⟩

Iuppiter in diurna genitura respexerit, magnos viros faciet, qui sacris <et> gloriosis stemmatibus coronentur; facit etiam tales, ut illis maxima imperatorum negotia credantur. Quodsi sic positum Mercurium de quadrato <vel> de diametro Mars respexerit aut cum ipso partiliter in horoscopo fuerit inventus, eum, qui sic natus fuerit, multiplici malorum continuatione prosternit: neque enim definiri aut designari possunt mala, quae ex ista Mercurii ac Martis coniunctione proveniunt. Si vero sic positum Mercurium Mars de trigono respexerit, facit hominem bonis ac prosperis
3 actibus occupari. Si vero Mercurius sic partiliter in nocturna genitura in horoscopo fuerit inventus, divinos sensibus facit et qui omnia, quae volunt, facillimis semper rationibus consequantur; reddet etiam honestos moribus et graves, rationibus etiam facit praepositos aut conductionum aut instrumentorum aut vectigalium aut negotiationum aut mensarum et fenerationis negotia tractantes. Reddet etiam sic per noctem collocatus imperatorum aut potentissimorum iudicum frequenter interpretes; sed haec omnia secundum differentiam decernit qualitatemque signorum.

4 In secundo loco Mercurius ab horoscopo constitutus, si in matutino ortu fuerit inventus, faciet homines obscuros, sceleratae mentis, alienos ab scientia litterarum et qui sit ab omni vitae subsidio destitutus. Si vero in hoc loco vespertinus fuerit et sit nocturna genitura, faciet feneratores negotiatores aut qui alienarum curam rerum procurationemque sustineant. Si vero in diurna genitura sic fuerit inventus, facit philologos aut laboriosarum litterarum peritos

2 et *add.* **VA′** 4 negatia **P**^{a} 5 vel *add.* **A′V** | aut *κσ*] ita ut 8 nequa, *corr.* **A′** | diffiniri **PV** 9 Martis] mert. **M** 11 faciet **V** 12 sic] sit **MR**^{a}**V** *qui del.* 13 in horoscopo *om.* **V** 17 strumentorum, *corr. Sittl* 18 fenerationum is (his **V**), *corr. Sittl* 20 iudicium **PR** 26 sint **V** | destituti **A′** 27 sit *κ*] si in 28 negotiares **P** 31 pilogos, *corr.* **v**

et qui naturam suam nolint ceteris hominibus com-
parare; adfectabunt enim ad omnia, quae illis nulla
magisterii tradidit disciplina; facit sane miseros in
vita et qui se semper vario angustiarum genere con-
ficiant. Si vero sic positum Mercurium aliqua Iup- 5
piter radiatione respexerit vel si cum eo fuerit in-
ventus et Luna se illis bona coniunctione sociarit,
facit magnis ac famosis locis praeponi, sed qui non
habeant potentiam principalem, sed in ipso actu
alienae potestati subiaceant. Facit autem magnis
rationibus praepositos, reddit tales [et] qui facultates
regias sua dispositione sustentent et qui omnes reditus
regios thesaurosque suae habeant fidei dispositionique
commissos; sed haec eorum felicitas brevi temporis
spatio finietur.

In tertio loco Mercurius ab horoscopo constitutus 6
faciet sacerdotes magos archiatros mathematicos et
per se invenientes atque discentes, quicquid illis non
est alieno ⟨traditum⟩ magisterio; facit autem cordatos
felices et qui ad omnes actus facili se ratione con-
iungant. Si vero sic positum Mercurium de trigono vel
de exagono Iuppiter respexerit vel si cum ipso fuerit
inventus, faciet magnae mentis, magnorum ac divino-
rum consiliorum viros. Si vero sic positis Mercurio
ac Iove Mars se illis aliquibus radiationibus obligarit,
faciet procuratores regum, famosos duces, potentes ad-
ministratores et quibus regiae facultatis substantia [se]
credatur, et tales animo ac viribus reddunt, ut omnia
possint animi sui virtute ac felicitate superare.

1 nolunt **P** 2 enim σ] etiam 9 ipsis, *corr. Sittl* 11 et *del.* **A′** *possis* praepositos, rationales et qui 12 sua ϰσ] posita 13 dispositionemque **MPR** (i *ir.* **V**) 16 constitus **P**[a]**R** 18 quicquid **A′**] qui que **MPR** quod ab illorum non sit alienum m. **V** 19 alienos, *corr.* **A′** | *suppl. Sittl, sim.* **a** 20 radiatione, *corr.* **A′** | accingant σ componant *Mueller cl. de err. 100, 28. 110, 14. 121, 14* 25 ioui | illos, *corr.* **V** *possis etiam* Mars [se] illos *(ita Sittl) aut* Iovi Mars se [illos] *cum* **A′** 27 facultates, *corr.* **QV** | se *del.* **Q** 29 feliciter, *corr.* ϰ (ac *om.* **A′**)

7 In quarto loco Mercurius ab horoscopo constitutus in IMC. faciet acutos et publicis rationibus praepositos et qui multiplici doctrina polleant. Si vero in hoc loco in matutino ortu fuerit inventus, secretarum quarundam artium reddit magistros. Si vero sic posito Mercurio alios geniturae cardines Mars Saturnusque possederint et Mercurium aut de quadrato aut de diametro respexerint, facient accusationes, custodias carceris et frequenter damnationes. Si vero vespertinus in quarto ab horoscopo ⟨loco⟩ idest in IMC. fuerit inventus, faciet aurifices aut fossores auri aut absconsarum quarundam artium magistros aut qui computo aut calculo videantur instructi, aut palaestricorum hominum duces praepositosque perficiet.

8 In quinto loco Mercurius ab horoscopo constitutus si in matutino ortu fuerit inventus, absconsores auri et divitiarum faciet et qui providentia sua maximam faciant substantiae facultatem, aut alienis, sed magnis facit praepositos pecuniis et qui divinis moribus esse videantur. Decernitur autem illis sic posito Mercurio maxima vitae substantia et erit illis fecunda soboles
9 filiorum. Si vero vespertinus in hoc loco fuerit inventus, pecunias nulla poterit ratione servare, sed totum, quicquid pecuniae vel auri et argenti ceterorumque mobilium repositum fuerit, profusis faciet erogationibus dissipari. Faciet sane negotiosos ac rationibus publicis quacumque administratione praepositos. Facit interdum pro qualitate signorum ma-

1 constitus **R** 2 IMC. **A′**] mc. (merc. **M**) 5 magisterio, *corr.* **VA′** 8 excusationes P^{a} 10 *add.* **A′** | IMC. **A′**] mc. 13 compoto **MV** | structi, *corr.* **A′** | aut Q^{b}**V**] ut 18 substantiam, *corr.* **A′Q** | alieni, *corr.* **A′** 19 diurnis, *corr.* **v** 20 uideatur **PR** 21 maximę, *corr.* **a** | fecundabiles, *corr.* **A′** 22 uespertinus *post* inuentus *repetit* **V** 24 pecuniam (pecc- **P**) **MPR** pecuniarum **A′** | auri et **A′V**] uariet 25 mobilium **V**] nobilior | praepositum (-tus **V**), *corr.* **A′** 26 negotioso (-sos **V**) sacrationibus, *corr.* **A′** 27 quęcumque, *corr.* **A′**

gistros aut geometras aut astrologos et qui siderum
cursum prudentia computationis inveniunt; facit etiam
palaestricis praepositos et eorum duces. Quodsi in 10
hoc loco Mercurius positus coniunctionem Lunae cre-
scentis exceperit, totum corpus hominis albis facit
variari maculis aut [qui] vitiosis valitudinibus im-
plicabit secundum naturam qualitatemque signorum.
Si vero sic Mercurio posito [sic] deficiens se Luna
coniunxerit, dedecorosis hominem valitudinibus im-
plicabit et faciet frequenter a recto vivendi ordine
praeposteris dementiae casibus aberrare.

In sexto loco ab horoscopo Mercurius constitutus 11
aut ex docta facilitate sermonis sui ⟨aut⟩ ex advoca-
tione aut ex negotiatione aut ex deorum reditibus
faciet fortunam sibi maximam comparare, praesertim
si sic posito Mercurio in decimo ab horoscopo signo
stella alia fuerit inventa. Si vero in nocturna geni- 12
tura matutinus in sexto loco fuerit inventus, inter-
pretes piscatores aucupes sculptores facit, si sic posito
Mercurio alia stella in decimo geniturae loco fuerit
inventa. Si vero matutinus in nocturna genitura in
sexto loco fuerit constitutus et decimus ab horoscopo
locus nullam stellam habeat, facit malignos malitiosos
malorum consiliorum auctores, fures [sed] et qui res
alienas invido mentis ardore desiderent et qui de
alienis casibus gaudeant, delatores et qui adfines ac
propinquos suos omnes acerbis odiis persequantur,
pigros et caecos mentibus et quibus omnia malitiae
genera conferantur. Si vero vespertinus in hoc loco 13

1 astralogos **M** austrologos **P** | syderum **MP** 5 hominis albis (*ex* aluum *uv.*) **V**] homini saluum 6 qui *del.* **a** atque **v** | implicauit (implicentur **V**), *corr.* **v** 8 si] sic **V** | sic *del.* **A'** 10 ordinem **R**[a] 12 Merc. ab horosc. **V** 13 sermoni **M** | sui *del.* **A'** siue *Mommsen* | *add.* **VA'** 15 fortuna sibi maxima comparatę **MPR** 17 nocturno **M** 22 constitus **R** 23 malignorum, *corr.* **A'** 24 sed *del.* **a** 26 delatrones **M** | suos ac propinquos **V** 27 persequatur, *corr.* **A'** 29 conferantur *suspectum* competant *Mueller*

fuerit inventus, faciet cordatos graves crypticos, rationibus aut mensis aut horreis aut apothecis aut instrumentis aut negotiationibus praepositos, ex quibus occasionibus lucra illis magna conferuntur. Si vero sic positus coniunctionem Lunae venientis exceperit, faciet scribas aut iudicum ⟨aut⟩ auctoritatum aut senatus aut qui cum imperatoribus constituti docendi habeant aliquam potestatem, aut qui actus principis sui iubeantur dispositionibus suis gubernare, praesertim si sic Mercurio constituto Luna aut quaecumque alia stella X. geniturae locum possideat.

14 In septimo loco Mercurius ab horoscopo constitutus, idest in occasu, in diurna genitura si fuerit inventus, faciet eos, qui sic Mercurium habuerint, gravibus vitiis implicari et miserarum libidinum cupiditatibus aestuare; erunt autem nimis aut puerorum amatores aut virginum, sed hi mulieres stupratas sortiuntur uxores, frequenter infamium virorum curam tuitionemque suscipiunt. Sed et hoc pro signorum qualitate decernitur; nam si in hoc loco in his, in quibus non gaudet, signis ⟨fuerit⟩ inventus, idest [si] in domo Martis vel in domo Saturni vel in ceteris, in quibus humiliatur, faciet meretricibus praepositos et lenones et qui istius infamiae squaloribus sordidentur. Si vero in diametro Mars fuerit inventus vel in MC. vel in occasu, idest in septimo loco, cum Mercurio constitutus, faciet parvi temporis vitam,
15 facit thisicos fugitivos exules damnatos. Si vero per noctem in septimo loco geniturae idest [si] in occasu fuerit inventus, faciet mulierum divitum procuratores

3 ex **A'**] et 6 iudicium **MPR** | aut *add. Sittl* 7 dicendi **A'** *cf. Maneth. II 255 VI 353* 9 subeantur, *corr.* ϰ *fort.* suis i. d. [suis] g. 10 quicumque **MPR** 11 possident (-det **V**), *corr.* ϰ 13 diuturna **M** | si V^b] sic (si sic **Q** *recte?*) 17 hii **PRV** 21 *add.* **V** | si *del.* **a** 22 cetis **V** 24 sordidentur **Q**] sordentur 26 uel imc. **RV** 27 uita, *corr.* **QA'** 28 faciet **M** | tysicos 29 *del.* **A'**

et quibus ex veneriis occasionibus felicitates maximae conferantur; et aut calculi aut musicae aut notarum aut difficilium litterarum inventores reddit. Scio in hoc loco Mercurium psefopaectas saepe fecisse.

In octavo loco [geniturae] Mercurius ab horo- 16
scopo constitutus, si per diem vespertinus in hoc loco fuerit inventus, faciet tardos et qui nihil agere audeant aut velint, laboriosis semper actibus impeditos, stulte malitiosos et ad nullos actus necessarios. Si vero in hoc loco constitutus in Saturni domo fuerit ⟨vel⟩ in partibus Saturni, faciet surdos, praesertim si illum sic positum Saturnus aliqua radiatione respexerit. Si vero per noctem vespertinus in hoc loco 17
fuerit inventus, faciet alieni patrimonii heredes et qui casu absconsas inveniant facultates; erunt etiam felices pariter et beati, vitiosi tamen et qui facile adsiduis languoribus fatigantur. Matutinus vero in hoc loco constitutus faciet eos, qui sic nati fuerint, augere in infinitum pecunias et magnos actus adpetentes; alios autem faciet sollicitudinum, commendationum aut actuum aut instrumentorum fidos stabilesque ⟨custodes⟩ aut alieni patrimonii frequenter ⟨heredes⟩.

In nono loco Mercurius ab horoscopo constitutus, 18
⟨si⟩ sine alicuius stellae radiatione in hoc loco fuerit inventus, faciet contentiosos contradictores dialecticos, scire se profitentes, quicquid illis nullis est magisteriis intimatum, malitiosos, sed qui nihil possint

1 ueneris | felicitates **QA′**] felicitatibus et 2 cauculi **MPR** 3 scio σ] socio (-tio **R**) *errat Scaliger ad Manil. IV 29* 4 ipse fopectas (prospectas **V**), *corr.* **v** 5 *del.* **a** 6 constitus **R** (*idem* 18. 24) 8 laborioso **PR** 11 vel *add.* **a** 12 saturnum **MPR** 14 patrimonii **QV**] patroni 15 casu **QA′**] casus **MPR** (sus *ir.*) causu **V** 19 peccunias (u *ex* a) **P** | appetentes **A′V**] ac potentes **MPQ**[a] ac petentes **Q**[b]**R** 20 faciunt, *corr.* ϰ 21 actūū **M** actum **PRV** | strumentorum | fides **R**[a] 22. 23 *suppl.* ϰ 25 si *add.* **A′** 27 nulli, *corr.* **A′Q**

19 efficaci cogitatione complere. Si vero in hoc loco matutinus fuerit inventus, faciet sacerdotes divinos haruspices augures mathematicos astrologos medicos, et quibus ex istis artibus et institutis vitae subsidia quaerantur. Sed haec fortiora erunt, si benivolae stellae fuerit radiatione protectus; faciet enim felices beatos magnos potentes, et quibus omnia felicitatis insignia conferantur. Si vero sic positum Mercurium malivolae stellae respexerint vel si in diametro vel in quadrato fuerint inventae, faciet inreligiosos sacrilegos spoliatores templorum damnatos damnabiles, et qui semper in peregrinis locis oberrent fugientes aut qui
20 exilii damnationibus opprimantur. Vespertinus vero in hoc loco Mercurius constitutus faciet sacerdotes magos medicos artifices, et quibus ex istis artibus vitae subsidia comparentur, et tales ingenio, ut per semet ipsi discant, quicquid illis magisterii non tradidit disciplina.

21 In decimo loco Mercurius ab horoscopo constitutus, idest in MC., si matutinus in hoc loco fuerit, admirabiles et magnos in actibus reddit. Si enim sic constitutum Mercurium Iuppiter ex aliqua parte respexerit de trigono vel de exagono in diurna genitura, erunt magni potentes, maximarum civitatum vel imperatorum vel potentium virorum negotia tractantes, fideles benivoli sapientes graves. Sed in nocturna genitura si sic positum Mercurium Venus aliqua radiatione respexerit, haec faciet, quae in diurna genitura cum Iove illum facere monstravimus. Si vero sic positum Mercurium Mars ex aliqua parte respexerit, idest de quadrato vel de diametro, promotiones venientes vario offensarum genere pelluntur; et erunt frequenter ob

6 fuerint, *corr.* **A'** | protecti **V** | facit (*ex* faciet *uv.*) **M** 13 opprimant **PR** 16 subsidie (-ię **R**)**PR** 17 semet σ] se et 19 constitus **R** (*idem* 163, 4) 21 *fort.* in ⟨omnibus⟩ actibus 22 constitutus, *corr.* **A'** 26 nocturnis **PRV** *post* -na s *eras.* **M** | genituris **V** 29 si] sic **R** 32 repelluntur **A'**

hoc exules vel alicuius damnationis onera sustinentes.
Sed et si Luna se Marti aliqua radiatione coniunxerit,
facient etiam biothanatos. Vespertinus vero in X. loco 22
ab horoscopo constitutus faciet peregrinitates et ad-
siduas locorum commutationes, facit etiam in omnibus
actibus publicari. Si vero sic positum Mercurium Sa-
turnus ex aliqua parte respexerit aut de diametro aut
de quadrato, faciet aquosis semper actibus occupari
et officia eorum aut prope mare aut prope fluvium
aut prope stagna constituit; vitia vero et valitudines,
ex humorum semper abundantia decernit.

In undecimo loco Mercurius ab horoscopo con- 23
stitutus faciet ingeniosos et in omnibus actibus neces-
sarios et quibus magnarum rationum actus commit-
tantur; sed tunc maiora decernit officia, si Iovi fuerit
oportuna radiatione coniunctus.

In duodecimo loco Mercurius ab horoscopo con- 24
stitutus faciet ingeniosos; si ⟨matutinus⟩ fuerit, in
magnis negotiis constituit, aut conductores publicorum
negotiorum facit, ⟨ut⟩, in quibus negotiis alii pericli-
tantur, in ipsis prosperos habeant eventus. Vesper-
tinus vero in hoc loco constitutus multa faciet negotia
concitantes et multorum inventores negotiorum. Neque
enim sine causa istum locum prudentissimi viri nota-
verunt, nec sine causa partum aut tempus parturientis
mulieris in hoc loco posuerunt; editura enim sobolem
in hoc loco mater constituitur. Confert enim se etiam 25
sextus locus duodecimo, ⟨ut⟩ omnes ceterae stellae

1 alicuiusdam nationes **MPR** 2 et *del.* **a** 3 faciet **V** | biathanatos **M** 4 peregrinantes **M** 6 publicariis, *corr. Sittl cf. 114, 8* 8 semper aquosis **V** 12 constitus **R** (*idem* 17) 14 magnorum **R**[a] | committatur, *corr.* **A'** 18 *suppl.* *κ* 19 constituta ut, *corr.* *κ* **A'** | conductorum, *corr.* **v** 20 negotiorum *om.* **M** | ut *add.* *κ* 24 enim] feminis *Mommsen* 25 part. *cf. Paul. Al. M 4* σημαίνει δὲ . . . καὶ τὸν περὶ παθῶν καὶ τοκετῶν . . . λόγον. 26 mulie|eris **M** | editura — constituitur *obscura* 27 *nempe* etiam ⟨in eo⟩ 28 duodecimo ⟨ut⟩ *κ*] XI. | *cf. VI f. LXVIII col. 2 med.*

in his locis positae pigros habeant actus; Mercurius
⟨vero⟩ in hoc loco inventus faciet doctos grammaticos
oratores geometras magistros, orationes suas atque
defensiones [suas] adsidua mercatione vendentes, aut
qui orationis suae praesidio laborantibus soleant ho-
minibus subvenire defendentes eos et periculis libe-
rantes; nam tales erunt, ut ab omnibus cordatiores
esse videantur et quibus omnium doctrinarum con-
ferantur augmenta. Sed ⟨hoc⟩ tunc facit, cum aut
Iovi coniunctus fuerit aut a malivolis nulla radiatione
26 pulsatus. Si vero Mars eum aut ⟨de⟩ diametro respe-
xerit aut ⟨de⟩ quadrato aut simul cum eo fuerit, faciet
delatores absconsos subdolos malitiosos maleficos. Fa-
ciet etiam maleficos venenarios aut qui falsa artificio
malitiae perficiant, ut propter horum criminum mali-
tiam graves condemnationes incurrant; aut enim quasi
malefici aut quasi falsatores damnabuntur; falsare
autem aut tabulas aut actus aut acta publica aut ob
hoc damnatos malis faciet mortibus interire. Faciet
etiam aut a servis aut propter servos maximas dam-
27 nationes et maxima pericula. Quodsi sic Mercurio ac
Marte constitutis Luna se lumine crescenti coniunxerit,
biothanatos faciet, sed qui iudicantis animadversione
plectantur. Sed et si Sol cum ipsis fuerit inventus
sine testimonio Iovis, flammis faciet exuri. Sed haec
omnia pro signorum qualitate decernuntur.

28 Sed quia diximus Mercurium omnibus se facili
ratione coniungere et esse cum bonis bonum, cum

1 habent **V** 2 vero *add.* *x* 3 orationes *σ*] oratores 4 suas *del.* *σ* 7 omnibus **a**] hominibus *cf.* *207, 11* 8 omnibus, *corr.* **A′** (*ubi* omnibus omnium) | auferantur, *corr.* **v** 9 add. **A′** 11 *add.* **QVA′** 12 *add.* **QVA′** 14 uenarios **M** 15 malitiosae **M** | ut] aut **P**[a]**R** 17 falsari, *corr.* *Sittl* 18 tabulares **P** | *nempe* et ob | ob] ab **PR** 19 moribus, *corr.* **QA′** 22 constitutus (-to **V**), *corr.* **Q** 24 Sol cum **a**] solis 26 secundum s. qualitatem **V** | decernitur **MPR** 27 *cf.* *ad 49, 13* 28 radiatione, *corr.* *x* | bonis *bis* **V**

malis malum, explicare debemus, quid in genituris cum singularum societate decernat. Per diem cum Iove positus ac Sole in oportunis geniturae locis maximas decernit felicitates; si vero per diem cum Marte fuerit inventus, maximorum infortuniorum faciet calamitates. Per noctem vero simili ratione mutatur; nam cum Venere et Luna et Marte bonus est, cum Sole vero maxima mala infelicitatesque decernit. Quod ut manifestius doceamus, omnia debemus specialiter explicare. Sed prius duodecatemorium Mercurii diligenter inquire et fines duodecatemorii, ut ad omnia geniturae secreta pervenias.

VIII. MERCURIUS CUM SOLE.

1 Per diem Mercurius cum Sole partiliter in horoscopo constitutus faciet reges duces potentes; si vero per noctem in hoc loco fuerint partiliter inventi, patrem degenerem et ignobilem faciunt; erunt autem in artibus publicis, sed absconsis et miseris secundum naturam qualitatemque signorum.

2 In secundo loco ab horoscopo Sol et Mercurius partiliter constituti augmentum patrimonii decernunt et aliquorum actuum principatum.

3 In tertio loco ab horoscopo Sol et Mercurius constituti faciunt haruspices somniorum interpretes medicos divinos augures astrologos mathematicos, et qui semper futura praedicant, sed quorum ars atque institutum ad omnium notitiam perferatur.

4 In quarto loco ab horoscopo idest in IMC. partiliter Mercurius cum Sole constitutus faciet ignobiles et absconsarum aut inlicitarum artium peritos, sed

2 singulorum A′ 3 positum MPR 5 faciet in P 13 de coniunctione solis et mercurii V 14 *cf. 141, 8* 16 partem, *corr.* A′ 17 ignorabilem P | actibus *Sittl, an etiam* publici s. absconsi et miseri? 21 patrimoni P 27 notitia MPR 28 mc. MP

honestos et graves. Quodsi sic positi fuerint in quarto loco geniturae, considerandum est maxime, in quo sint signo constituti et qui sit eius signi dominus; periculosum est enim maxime, si in hoc loco Mercurius positus in Saturni domo fuerit inventus.

5 In quinto loco Sol cum Mercurio ab horoscopo constitutus partiliter faciet nobiles et qui omnia facile perficient, sed periculosos et qui non habeant perpetuam felicitatem et qui multos facili ratione decipiant.

6 In sexto loco ab horoscopo Mercurius cum Sole partiliter constitutus ignobiles servos laboriosos pigros faciet et quorum patres nesciantur, orbos a parentibus, tardos in actibus, et qui nihil consequi possint, si nulla stella in X. ab horoscopo loco fuerit inventa. ⟨Si vero in X. loco ab horoscopo stella aliqua fuerit inventa⟩, divitiarum ingenuitatis et gloriae insignia conferuntur, praesertim si benivola stella in decimo loco fuerit inventa.

7 In septimo loco ab horoscopo Mercurius cum Sole partiliter constitutus, idest in occasu, si per diem in hoc loco fuerit inventus, faciet ei, qui sic natus fuerit, maximas res potestatesque committi, sed ipsos biothanata morte faciet interire. Si vero per noctem in hoc loco partiliter ⟨fuerit⟩ constitutus, faciet multa perpeti mala, laborantes et cotidiano opere alimenta quaerentes et malis semper ac sordidis actibus occupatos; erunt enim artes aut sordidae aut squalidae aut gravi odore et quibus artibus vigiliae perpetuae ab operantibus exigantur, quales sunt confectores coriorum fullones lanarii pistores coqui et his similes; ipsos tamen faciet stomachicos aut prima aetate vitiosos.

8 perficiant **A** 9 ratione **Q**ᵃ**A**′] radiatione 16 *suppl.* **A** 18 praeserti **R** 21 partiliter **QA**′] pariter (*ante* cum sole I 25 *add.* **A**′ 26 loborantes **R** | alimenta] uictum **V** 27 occuputos (os *ex* es *uv.*) **M** 31 pictores, *corr.* *Sittl* 32 homatic

In octavo loco ab horoscopo Mercurius cum Sole 8
partiliter constitutus faciet debiles vitiosos et qui facili ratione decipiantur; sed .... in hoc loco constituti biothanatam mortem faciunt et decernunt frequenter insanias.

In nono loco ab horoscopo Mercurius cum Sole 9
partiliter constitutus faciet exorcistas et qui laborantes daemonum incursione homines remediis liberent, ut his artibus maxima illis vitae substantia conferatur.

In decimo loco ab horoscopo idest in MC. Mer- 10
curius cum Sole partiliter constitutus in his, quibus gaudet signis vel in quibus exaltatur, per diem totius orbis dominos faciet aut multis et maximis provinciis potestatis merito praepositos, praesertim si bonum eis Iuppiter testimonium commodarit.

In undecimo loco ab horoscopo Mercurius cum 11
Sole partiliter constitutus in processu aetatis felicitatis augmenta decernunt.

In duodecimo loco ab horoscopo Mercurius cum 12
Sole partiliter constitutus pauperes infelices servos faciet, qui semper ⟨in⟩ peregrinitate depereant.

IX. SATURNUS ET MERCURIUS.

Mercurius et Saturnus in parte horoscopi parti- 1
liter constituti in diurna genitura absconsores pecuniarum faciunt, advocatos aut iureperitos aut scribas, sed languidos et qui cito deficiant. Si vero per noctem in hoc loco fuerint constituti, servos aut captivos ex liberis facient et tradunt eos potentibus viris

3 *aliquid excidisse vidit Sittl* (*velut* per noctem) | constitutus, *corr.* **A'** 8 doemonum **M** 9 feratur, *corr.* **A'** 12 in quibus **A** 14 et] ex **MV** 22 et qui **P** *fort. recte* | in *add.* **A'** | decerneant, *corr.* **A'** 23 de coniunctione saturni et mercurii **V** | satu nus **R** 24 horoscopo **PR** 25 constitutus **M**[a] | peccuniarum **PV** 26 iuris peritos **V**

captivitatis causa servituros. Si vero in feminino signo, in horoscopo scilicet, Saturnus et Mercurius partiliter in nocturna genitura fuerint inventi, facient eunuchos vel viros sine semine et qui coire non possint, turpes infames inpuros inpudicos cinaedos.

2 In secundo loco ab horoscopo Mercurius cum Saturno pariter constitutus in diurna genitura faciet herbarios medicos et per quos hominibus sanitas comparetur, sed divites etiam et famosos in actibus suis. Erunt autem pro qualitate signorum frequenter oratores aut ⟨procuratores⟩ potentium virorum. Si vero per noctem in hoc loco fuerint inventi, ⟨facient⟩ mendicos nudos insanos aut templorum servos; frequenter etiam facient accusari et in custodia constitui, lugubres tamen semper et sine filiis et aliqua corporis parte debiles aut quibusdam vitiis implicatos.

3 In tertio loco ab horoscopo Mercurius cum Saturno partiliter constitutus urinatores aquas ex altis puteis levantes, hortulanos, actores modicarum villarum, aut pollinctores et funerarios aut custodes mortuorum cadaverum aut sepulchrorum faciet ianitores.

4 In quarto loco ab horoscopo idest in IMC. Mercurius cum Saturno partiliter constitutus faciet inlicitarum ⟨aut⟩ absconsarum artium magistros aut eorum conscios, sed malos et qui cotidianam vitam ex malis artibus quaerant. Sed quidam sic habentes Mercurium cum Saturno aut in custodia erunt aut aliqua ratione damnantur; sed omnes actus secundum naturam qualitatemque signorum et secundum rationem ceterarum stellarum variantur.

5 In quinto loco ab horoscopo Saturnus et Mercurius pariter constituti facient eos, qui sic nati fue-

4 eunochos **R**[a] | possunt **M** 7 partiliter **A′** *et sic plerumque; in solis cardinibus dici solet* | diuturna **M** 11 *add.* **a** 12 *add.* **A′** 14 custodiam, *corr.* **a** | constituti **MPR** 22 mc̄ **M** 24 aut *add.* σ 25 malos *Sittl*] malum | cottidianam **R** 26 babentes **P** 29 *fort.* radiationem 30 variantur ϰ] inueniuntur

rint, frequenter mutare domicilia, et annonae aut frumentorum aut locorum quorundam praepositos aut gemmarum aut margaritarum aut aromatum aut metallorum praepositos; facient etiam et sacrorum ⟨simulacrorum⟩ sculptores.

In sexto [loco] et in XII. ab horoscopo loco 6
partiliter constituti Mercurius et Saturnus eadem simili ratione decernunt. Si enim per diem in his locis fuerint inventi, multarum doctrinarum scios facient, absconsarum artium doctrina pollentes, et qui omnia, quae in rebus humanis sunt, velint scire, malitiosos sane et invidos et qui vitiis aut valitudinibus inplicentur. Per noctem vero in VI. et in XII. genituraeloco Saturnus et Mercurius constituti falsarum litterarum auctores, sceleratos malitiosos malivolos veneficos facient, sed qui semper maximis malis et maximis necessitatibus implicentur. Sed si in his locis sic positos Mercurium et Saturnum sive per diem sive per noctem Mars aliqua radiatione respexerit aut per quadratum aut per diametrum, [si] inevitabili malo implicatos homines publicae mortis faciet animadversione puniri.

In septimo loco ab horoscopo idest in occasu 7
Mercurius et Saturnus pariter constituti heredes mulierum et magnarum facultatum desideriis aestuantes, † forte vero et amatores mulierum. Si vero per noctem in hoc loco fuerint inventi, in omni conversatione vitae miseros facient, qui maximis debitis obligentur, vitiosos tamen et debiles. Erunt autem maligni malitiosi, quidam tamen accusati in custodia publica constituuntur.

1 frumentorum A′] fugitiuorum *(at Dig. XI 4, 1 cft. Mo.)* 4 *add.* *x* *cf. Maneth. IV 130. 343. 569* 6 *del.* *x* 11 uellent, *corr.* v 15 sceleratores M^a PRV | veneficos σ] maleficos bene (*fort.* venenarios *ut 164, 14*) 20 si *del.* V 21 animauersione R 25 falcutatum R 26 fortes *Sittl* aestuantes facient atque A′ 28 *nempe* et qui 31 constituentur M

8 In octavo loco ab horoscopo Mercurius cum Saturno pariter constitutus processu temporis patrimonii et honoris augmenta decernit; alii vero mortis alienae causa patrimonia consecuntur, valitudo tamen illis erit aut de vesicae calculo aut de ventris vitio. Per noctem vero in hoc loco pariter constituti pauperes proscriptos languidos aut ruginosos facient et quibus humores . . . . . facient ex damno depereuntes, si Luna minuta lumine ad Saturnum feratur aut ad Martem plena.

9 In nono loco ab horoscopo Mercurius cum Saturno pariter constitutus prophetas aut vestitores divinorum simulacrorum aut baiulos divinarum caerimoniarum faciet.

10 In decimo loco ab horoscopo Mercurius cum Saturno pariter constitutus, idest in MC., alienorum patrimoniorum heredes faciet aut maximarum rerum inventores. Erunt interdum scribae aut actores aut maximorum virorum procuratores. Sed ⟨si⟩ sic eos positos ⟨benivola⟩ stella viderit, divino ingenio faciet oratores vel oratoriarum artium magistros aut grammaticos aut his omnibus potestatis alicuius auctoritate praepositos aut magistros studiorum aut magistros censualium . . . . caelestes res scrutari; alii computos exercent, alii difficilium litterarum aut inventores aut magistri erunt.

11 In undecimo loco geniturae Saturnus et Mercurius ab horoscopo pariter constituti haec decernunt, quae illos in quinto loco decernere diximus.

12 In duodecimo loco geniturae Mercurius et Satur-

1 ·VII· **V** *corr. m. rec.* 2 constituti, *corr.* **v** 5 cauculo **MPR** | uitia **P**^{a} 8 *lac. stat. Sittl* | nepereuntes, *corr. Sittl* ex abdomine prodeuntes *Mommsen* 15 pariter cum saturno **P** 19 si *add.* **A′** | sic posita stella si eos **V** 20 posita, *corr.* **A′** | benivola *add.* *σ* 22 hominibus *Mommsen* | potestatibus, *corr. Sittl* 24 censuali (*post h. v. spat. 3 litt.* **V**), *corr.* *ϰ* | caelestis rescrutari (re *om. in spat. 3 litt.* **V**), *corr.* *ϰ* 25 dificilium **R** 27 merc. et saturn. **M**

nus ab horoscopo partiliter constituti quid decernant,
sextus genituræ locus manifestius explicavit.

X. MERCURIUS ET IUPPITER.

Mercurius cum Iove partiliter in horoscopo con- 1
stitutus in diurna genitura faciet claros et gloriosos,
civitatibus praepositos aut maximarum civitatum de-
cem primos, iuridicos et qui provinciis aut civitatibus
iura restituant, sed qui iustis semper gaudeant causis.
Si vero per noctem sic fuerint inventi, procuratores
aut actores aut negotiorum praepositos, sed magno-
rum aut potentium virorum interdum facit scribas,
rationibus mensis apothecis negotiationibusque prae-
positos, argutos vero, ingeniosos et quibus ex bonitate
ingenii felicitas maxima conferatur.

In secundo loco Mercurius et Iuppiter partiliter 2
ab horoscopo constituti in diurna genitura facient
heredes alieni patrimonii, ab extraneis adoptatos et
fundamentorum multorum et depositarum specierum
dominos et quibus processu temporis augmenta feli-
citatis maxima conferantur. Si vero per noctem in
hoc loco partiliter fuerint inventi, stultiores facient et
quibus non sit perpetua felicitas et quos vitae cursus
saepissima ratione decipiat.

In tertio loco ab horoscopo Iuppiter et Mercu- 3
rius partiliter constituti magos facient, sed praeclara
semper bonitate pollentes, hymnologos aut deorum
baiulos aut custodes templorum aut qui religionibus
homines initient et consecrent et qui deorum monitu

1 decernat, *corr.* **A'** 3 saturnus et mercurius **PR** de coniunctione mercurii et iouis **V** 5 *an* gloriosis? 6 au **V** | aut — 10 praepositos *repetit* **R** 7 uiridicos **P** | prouitiis **R**[a] *priore loco* 8 uira **P** | iussis **MPR** *pr. l.* **V** | gaudent, *corr.* **A'** 10 aut actores *om.* **R** *pr. l.* 11 ac **A'** 15 et **A'**] cum 16 faciet, *corr.* **A'** 18 multarum, *corr.* **A'** 20 maxima *om.* **P** 21 stultores, *corr.* **A'**

futura praenoscant, aut sacris certaminibus facient praepositos. Haec ⟨eadem⟩ in IX. loco ab horoscopo Iuppiter et Mercurius decernunt pariter constituti.

4 In quarto loco ab horoscopo Mercurius ⟨et⟩ Iuppiter pariter constituti exinventores calculi et organi facient aut curatores aut tutores minorum, sed qui mulierum curam tuitionemque suscipiant; quidam vero quaedam casu inveniunt, alii latentium thesaurorum vias norunt, e quibus maxima illis felicitas comparatur.

5 In quinto loco ab horoscopo Iuppiter et Mercurius partiliter constituti et per diem et per noctem eadem simili ratione decernunt; plures enim potestates et nobilitas processu temporis conferuntur; erunt autem in omnibus actibus faciliores et qui, quod volunt, facile consequantur. Haec eadem in XI. geniturae loco pariter constituti decernunt.

6 In sexto loco ab horoscopo Mercurius et Iuppiter partiliter constituti per noctem et per diem eadem simili ratione decernunt, si in matutino ortu fuerint inventi; facient enim in omnibus negotiis faciles, rationales aut causis aliquibus vel certaminibus discussionique aut rationibus aut negotiationibus aut quibusdam religionibus praepositos, ut ex deorum reditibus facultates habeant maximas, praesertim si sic his collocatis in decimo ab horoscopo loco aliqua
7 stella fuerit constituta. Sed si Luna sic feratur, ut his se sua radiatione coniungat in X. ab horoscopo loco constituta, erunt divites affluentes, multarum pecuniarum aut multi auri domini et qui possessionum

2 *add.* ϰ 3 decernant, *corr.* **A'** 5 et *add.* **A'V** 6 exinventores ϰ] ex inuento **MV** ex inuenta **PR** (a *ex* u) | cauculi **MPR** 9 inueniant, *corr.* **a** 15 conferatur, *corr.* **A'** 16 feliciores **A'** 21 ratio|one **M** 24 negatiationibus **P**[a] negotiationibusque **M** 25 deorum σ] eorum 29 ratione **P** | coniungant, *corr.* **A'** | horosco **R**

fructus maximos consequantur, felices beati et qui
regum actus sua intercessione disponant, exactores
regiarum annonarum vel pecuniarum fiscalium, pro-
vinciis civitatibusque praepositi. Si vero diurna geni- 8
tura et in sexto loco Iove cum Mercurio constituto
nulla stella in X. ab horoscopo loco fuerit inventa,
mediocres et vita et patrimonio et actibus faciet. Si
vero per noctem sic fuerint inventi, reddunt negotio-
rum interpretes et piscatores aut augures aut sculp-
tores aut laboriosis semper actibus impeditos aut ser-
vilia officia facientes aut in talibus artibus positos,
quae gravibus odoribus et gravibus sint sordibus
squalidae, idest aut fullones aut coriorum confectores
aut gallicarios aut pistores aut lanarios aut his si-
miles.

In septimo loco ab horoscopo, idest in occasu, 9
Mercurius cum Iove pariter constitutus et per noctem
et per diem eadem simili ratione decernit. Faciet
enim a mulieribus felicitates maximas conferri et fa-
ciet publicis muneribus praepositos et populorum aut
civitatum principes aut decem primos, longioris vitae
et bonae senectutis et bonis consiliis ac moribus et
qui bonas res desiderent semper. Sed ⟨haec⟩ in noc-
turnis genituris minuuntur, si sic Mercurium positum
cum Iove Saturnus de diametro vel de quadrato re-
spexerit vel si cum ipsis fuerit inventus.

In octavo loco ab horoscopo Mercurius et Iup- 10
piter partiliter constituti, si in diurna genitura sic
fuerint inventi, mediocres in vita facient et qui ex
quibusdam inventionibus vitae sibi praesidia compa-
rent. Quorundam enim infamant iuventutem, sed pro-

3 retiarum, *corr.* **A'** 4 propositi **MPR** | *nempe* diurna ⟨sit⟩ 7 et *Sittl*] sed | vita et *ϰ*] uitae 11 off. seru. **V** | partibus, *corr.* **a** | 13 confecto|tores **R** 14 callicarios **MPR**, *corr. σ (cf. Arch. IX 306) cf. IV 14, 13, edebant* caligarios 17 diem et per noctem **V** 20 popularium **MPR** *cf. 185, 29 possis* populosarum [aut] 23 *add.* **a** (*ubi* haec tamen)

cessu temporis mediocriter substantiae incrementa decernunt. Si vero per noctem in hoc loco fuerint inventi, aut inveniunt aliquid, unde habeant maximum vitae subsidium, aut hereditas illis non modica conferetur, et processu temporis maximis felicitatibus sublevantur; vitiosos tamen corpore et languidos facient.

11 In nono loco Mercurius et Iuppiter constituti haec decernunt, quae in tertio loco geniturae constituti decreverunt.

12 In decimo loco ab horoscopo Mercurius et Iuppiter magnos actus et magnas administrationes et magnas decernunt potestates pro mensura geniturae.

13 In undecimo loco ab horoscopo Mercurius et Iuppiter partiliter constituti haec decernunt, quae decernere illos in quinto diximus loco.

14 In duodecimo loco ab horoscopo Mercurius et Iuppiter pariter constituti, si Mercurius matutinus extiterit, faciet scribas regis aut senatus aut notarios exceptores principum, aut ⟨qui⟩ civitates maximas tueantur, sed qui magne et frequenter offendant et qui in novissimo vitae tempore infelicitatis onere praegraventur aut qui biothanata morte depereant, si sic positi in nocturna fuerint genitura. In diurna enim genitura quantulumcunque in his actibus et in his officiis perseverant et non frequenter offendunt. Vespertinus vero in hoc loco cum Iove constitutus tardiores actus et sinistrum fatum dabit, quidam vero popularibus actibus aut laboriosis implicabuntur.

1 *fort.* mediocria 13 decernit, *corr.* **A′** 15 pariter **M** 18 pariter pariter **P** 19 reges, *corr.* **A′** 20 *add.* *ϰ* 21 tuentur **PR** *possis* tuentes | *an* maligne? 26 perseuerent **V** 29 actus **P**

XI. MERCURIUS ET MARS.

Si in parte horoscopi Mercurius et Mars parti- 1
liter fuerint constituti, in diurna scilicet genitura,
anaforicos cardiacos facient et oligochronios et in-
felices; aut enim ex occasione mulierum aut ex amoris
inlecebris aut absconsis scripturis aut de maleficiis
aut de falso damnari eos facient; et faciunt biotha-
natos interire. Si vero per noctem in horoscopo par- 2
tiliter fuerint inventi, facient magnos magnarum reli-
gionum praepositos, duces aut praenuntios aut pro-
tectores aut satellites imperatorum, administratores
maximos, ⟨quibus ex⟩ eventu pugnarum maxima feli-
citas conferatur. Si vero sic per noctem positos Mer-
curium et Martem Saturnus de quadrato vel de dia-
metro respexerit, faciet eos periculosos et qui saepis-
sime decipiantur; nam in omnibus impediuntur actibus;
sic enim constitutus Saturnus inertes et sine arte
faciet homines et qui omni infelicitatis onere prae-
graventur.

In secundo loco ab horoscopo Mercurius cum 3
Marte pariter constitutus in diurna genitura natos ex-
poni faciunt, et si nutriti fuerint, faciunt aliqua ra-
tione fugitivos; facient frequenter exules, interdum
etiam captivos, facient plerumque ex proscriptione
enudari. Quosdam tamen [ex] gravibus valitudinibus
aut fortibus vitiis implicant, alios biothanatos facient,
si Lunam pleno lumine radiaverint. Per noctem ⟨si⟩

1 *om.* **PR** de coniunctione mercurii et martis **V** 2 si — fuerint *in confinio foliorum geminat* **M** 3 costituti **R** 4 anaroficos **M** 6 maleficis, *corr.* **Q**[b] **A′** 7 facient et facient et faciunt **M** 9 regionum **V** 11 imperatorum ⟨aut⟩ **V** 12 *add.* **A′** 13 conteratur **PR** | posito, *corr.* **A′** 15 eos *del.* **A′** 16 decipiuntur **V** 17 sat. const. **P** 18 in omni felicitatis **M** | praegrauantur **MR**[a] 20 loco absc. merc. **M** 23 facient **A′**] faciet 25 *del.* *κσ* 26 implicat, *corr.* **A′** 27 plenam **A′** | si *add.* **QV**

sic fuerint inventi, facient malae mentis, malitiosos obscuros timidos, †et audaces et qui in omnibus actibus decipiantur, sed actus eorum facit multiplices; erunt enim aut publicani aut vectigaliarii aut curiosi. Quosdam mente insanos aut freneticos facit.

4 In tertio ab horoscopo loco Mercurius et Mars pariter constituti facient aut ex ignitis aut ex ferratis actibus vitae habere substantiam; erunt autem tales, ut futura praediscant et qui semper conversentur in templis; sed omnibus, qui negotiantur, terribiles, etiam si nihil sciant vel si nihil agant, existunt, sed qui processu temporis habeant felicitatis augmenta.

5 In quarto loco ⟨ab horoscopo⟩ idest in IMC. Mercurius cum Marte pariter constitutus pigros, humiles in omnibus actibus et in omni fortuna faciet; et cum parentibus vel cum adfinibus adsidue exercebunt inimicitias, ut per ipsos parentibus vel adfinibus maximae semper inferantur insidiae. Erunt etiam fideiussores et ex hac re maximis periculis conquassantur et ad humilitatem paupertatemque deveniunt; quod cum illis contigerit, inlicitarum quarundam artium auctores erunt vel sequestres, vel conscii in quibusdam comprehensi maximis periculorum laqueis implicantur, ut damnationis animadversione plectantur. Alii in his calamitatibus constituti magnae ac longae aegritudinis incursionibus opprimuntur, praesertim si Lunam sic positi de diametro aut de quadrato viderint. Si in quarto genituræ loco Mercurius et Mars et Luna per noctem fuerit inventa, faciet praepositos tribunos duces potentes administratores, sed biothanata morte pereuntes.

2 inaudaces *Siltl* mendaces σ 7 ignitis aut ex ferratis (*vel* ferrariis) σ] signitiis (signitus **PR**) aut ex feriatis *cf. 181, 9. IV 4, 3. 14, 13 Ptol. 46v 11. 12 Maneth. II 355 VI 390. 519* 13 *suppl.* **A′** | mc̄ **M** medio celo **R**a**V** 16 vel] et **V** 22 erunt idest uel **M** 24 ut **a**] et | dampnationes **P**a | animaduersionum, *corr.* **QA′** | plectuntur **V** 25 hiis **P** 29 lunam **M**

In quinto loco ab horoscopo Mercurius cum Marte 6
partiliter constitutus fortes viriles, athletas invictos
in omnibus certaminibus reddunt, sed qui ad varia
loca domicilii gratia conferantur et quibus de publico
aut de fisco victus gratia annonae maximae conferantur.
Sed in omni certamine superiores et terribiles
adversariis suis faciunt.

In sexto loco et in XII. ab horoscopo Mercurius 7
et Mars partiliter constituti haec eadem simili ratione
decernunt; nam si per diem in his locis fuerint constituti,
valitudines et vitia maxima decernunt. Faciunt
autem et in custodia constitui et carceris habere
notitiam et ex quacumque accusatione damnari; aut
enim adpetuntur aut deferuntur aut falsis criminum
circumventionibus obligantur; a servis enim et per
servos aut ⟨a⟩ servilibus hominibus aut ab his, qui
sunt criminis alicuius causa in custodia constituti, appetuntur
aut deferuntur et cum maximis tormentis et
cum maxima violentia et atrocitate depereunt, praesertim
si in his constituti locis Lunam plenam ex
aliqua parte respexerint. Si vero per noctem in VI. 8
vel in XII. ab horoscopo ⟨loco⟩ Mercurius cum Marte
fuerit constitutus, facit multis debitis et multo usurarum
fenore implicatos; sed aestus animi et interceptiones
facient. Reddunt etiam pigros in omnibus
actibus et decernunt maximas accusationes et graves
invidias, sed quae aut a servis aut propter servos
fiant. Alii cruciatores erunt servorum, ut eos aut
fame aut plagis aut tormentis aut adsiduis operum
exactionibus defatigent. In actibus vero numquam

2 constitus **R** 4 conferatur **M** 6 terribiles **A′**] fertibiles **MPR** fortibiles **V** 9 haec *abundat cf. 169,* 7 12 constituti, *corr.* **A′** 15 enim *om.* **M** 16 a *add.* **a** 19 maximas (i *supra* a) uitia uiolentia **M** 21 VI.] V **M** 22 *add.* **VQA′** 23 fuerint **R** | multos **M** 24 sed et *Mo.* 27 insidias **V** 28 fiant **a**] faciant | serv. *om.* **M** 30 exactionibus **v**] exactoribus **PRV** exauctoribus *ex* exactiribus (-cibus?) **M**

perseverabunt, qui in his locis Mercurium cum Marte
habuerint constitutum, quia ab uno actu ad actum
alium transeunt.
9 In septimo loco ab horoscopo idest in occasu
Mercurius cum Marte partiliter constitutus, si per
diem in hoc loco partiliter fuerint inventi, eos qui
sic eum habuerint, mulierem aut uxorem suam manu
propria interficere compellunt aut propter mulierem
vel propter uxorem aut propter amoris cuiusdam prae-
posteras cupiditates semetipsos aut alios interficient,
aut propter tale aliquod admissum facinus ⟨faciunt⟩
in publica custodia aut in carcere constitui et ex
10 ista accusatione damnari. Sed generaliter quicumque
sic Mercurium et Martem habuerint, homicidia et
mortes †in ipsorum pro signorum qualitate complen-
tur; aut enim grassatores erunt aut latrones aut si-
carii aut piratae aut his similes, et in his facinori-
bus comprehensi per severam sententiae animadver-
11 sionem plectuntur. In nocturna vero genitura sic
positi facient eos a mulieribus iniustis actibus circum-
scribi aut viraginibus iungi et ab his filios suscipere
et semper magnis vitiis involvi.
12 In octavo loco ab horoscopo Mercurius cum Marte
partiliter constitutus si per diem sic fuerit inventus,
faciet [nihil] tales, qui nihil ex eis, quae cupiunt, con-
sequi possunt, sed periculosos et qui omne patrimo-
nium funditus amittant. Quidam vero erunt insani ac
furiosi; alii in custodiam coiciuntur aut damnabuntur
13 et finiunt frequenti ratione biothanati. Si vero per

4 aborosc **M** 11 aliquot **M** aliquod tale **V** | amissum **MV** ammissum **PR** | *suppl.* *κσ* 12 constitui et **A′**] constituti 14 sic Mercurium **a**] missus est 15 ipsis **V** in *del. Mommsen* 17 simile, *corr.* **A′** 18 perseuerans (-anti **V**) s. animaduersione (-auersione **PR**) 19 flectuntur, *corr.* **Q** *et* **V** (complectuntur) 21 uoraginibus **M**^{a} uirginibus **R**^{a} 25 tales qui *κσ*] nihil tale si *cf. 161, 7. 188, 19* | eis **A′**] ea 26 *nempe* possint 27 amitant **R** 28 custodia (custo **M**), *corr.* **a** 29 frequenter, *corr.* **a** | byothanati **R** biothanatis **V**

noctem in hoc loco fuerint inventi, de malis artibus vel de malis officiis facultates sibi aliquas comparabunt et qui per dies singulos malis ac nefariis actibus crescant. Erunt fures aut effractores aut qui commendatas sibi res aut fidei suae creditas obstinatis soleant cupiditatibus abnegare, aut nefariorum facinorum inventores vel executores. Faciunt enim aut tortores aut carnifices aut proditores suorum et ex istis artibus fortunae ac facultatum sibi maximas substantias comparantes, sed mors eis cum violentia aut cum quibusdam tormentis gravibus proveniet, aut moriuntur [in] gravis insaniae vitio laborantes.

In nono loco ab horoscopo Mercurius cum Marte 14
pariter constitutus iniustos inreligiosos periuros facient, sed cum isto mentis errore nihilominus ministros deorum, sed et hos ipsos deos, quibus serviunt, spoliantes atque nudantes, qui templorum donaria praedam suam faciant. Sed haec maxime faciunt, si longe a radiis Solis inventi fuerint aut in suis invicem partibus aut in domo Solis ..... †arte haec erunt, si sic eis positis Luna se de quadrato vel de diametro coniunxerit plena luminibus.

In decimo loco ab horoscopo Mars et Mercurius 15
pariter constituti miseros et inefficaces homines faciunt; delectabuntur autem adsiduis navigationibus et amatores erunt palaestrarum, et qui vitam suam potentibus viris aut regibus vitii cuiusdam ⟨causa⟩ vendant. Erunt autem cum macula semper aut vitio secundum qualitatem substantiamque signorum. Sed 16
semper Mercurius cum Marte pariter constitutus

1 inventi *om.* **M** | partibus, *corr.* κσ 2 comparabuntur **MV** 3 quae σ 4 fractores, *corr.* **A′** 10 mores, *corr.* **A′** mortes σ 11 prouenient, *corr.* **A′** 12 in *del.* **v** 15 istos, *corr.* **A′** | errores **V** 17 donaria σ] dominari ad *cf. de err. 28, 6* 18 faciunt **A′**] faciant **MPR** facient **V** 19 sui solis **P** | suis] Solis σ 20 *lac. stat.* κ | *v. c.* fortiora κσ 27 *add. Sittl* 29 sustantiamque **R** 30 constitutus **v**] constituti

in actibus publicis aut in administrationibus aut in occupationibus constituit, sed in ipsis actibus numquam longis temporum continuationibus perseverant; aut enim impetiti aut accusati amoventur et frequenter iudiciis adplicantur et falsis interdum accusationibus opprimuntur; ex quibus infortuniis ita eorum patrimonia dissipantur, ut [in] gravi fenore usurarum quatiantur; sed et sponsione aut fideiussione aliqua gravibus damnorum vel condemnationum generibus opprimuntur.
17 Si vero Iuppiter Mercurio ac Marti pariter positis aliqua se testimonii societate coniunxerit, aut si cum ipsis pariter fuerit inventus, magnos in omnibus actibus et in occupationibus faciet, ⟨et⟩ quibus multa negotia credantur et qui simili modo et amittant substantiam pariter et quaerant. Si vero his Venus se aliqua radiatione coniunxerit ⟨vel⟩ si cum ipsis pariter fuerit inventa, faciet exactores imperatorum, qui annuas fiscalium praestationes repetant, discussores rationales et qui magna
18 negotia tractare consueverunt. Sed Mercurius cum Marte diversa et multiplicia actuum aut administrationum genera decernit; nam varietas haec provenit secundum qualitatem substantiamque signorum. In Mercurii enim domo vel in [Martis] partibus constituti faciunt amatores palaestrae vel athletas publicis certaminibus destinatos. In Martis vero signis aut in partibus constituti pugnaces, amatores armorum, milites, venatores libenter nutrientes feras beluas ferarumque praepositos, nuntios vel veredarios regum red-

2 occupati constituti **V** | constituti, *corr.* **A′** | actionibus, *corr.* **QA′** 4 impetiti *Mommsen*] impediti | ammou- **PV** admou- **R** 7 ut *om.* **M** | in *del.* **V** 13 occupationibus] nego *scripserat* **M** *sed corr. in* ocu *vel* occu 14 *add.* *x* 17 *add.* **A′** 18 animas **M** | fiscaliorum, *corr.* **v** 21 multiplicata **M** 22 hęc *ex* hoc *aut contra* **M** | praeuenit **M** 24 *del.* **a** 25 uel *et* 27 amatores *geminat* **M** 27 armarum **P**[a] 28 ueneratores **M**[a] | nutrientes *geminat* **M** uereradarios **M**

dunt. In domo vero Veneris aut in partibus constituti faciunt linteones, textores tunicarum, plumarios, tinctores, aromata aut gemmas aut margaritas aliqua ratione tractantes. In Iovis vero domo vel in partibus constituti ...... scelerata ac facinorosa officia tractantes; facient enim tortores carnifices interfectores delatores proditores suorum. In Solis vero aut Lunae domo aerarios ferramentarios statuarios belliones coriorum infectores, ab igne aut ex ferro vitae subsidia quaerentes. Inmutatio enim signorum diversorum negotiorum actus decernit.

In undecimo loco Mercurius cum Marte pariter 19
constitutus faciet perire semper in pugna, alios amatores palaestrae faciet, alios armorum, sed fortes consiliis et qui ex omnibus actibus felices semper processus accipiant.

In duodecimo loco ab horoscopo constituti Mer- 20
curius et Mars quid faciant, sextus locus specialiter ostendit.

XII. MERCURIUS ET VENUS.

In horoscopo Mercurius et Venus partiliter con- 1
stituti in diurna genitura faciunt scutarios vel protectores imperatorum vel qui proprio excubitu salutem principis servent aut qui pecunias aut thesauros regios suis iubeantur dispositionibus gubernare, et quibus huiuscemodi administrationum officia credantur; facient enim musicos choricos et qui musicos modos faciant aut certe publicos magistros aut oratores aut

4 radiatione **MPR** | domo uero **MR^{a}V** 5 praepositos facient tribunos aut *suppl.* **Q** praepositos tribunos regiones aut ciuitates aliquas obtinentes, in domo Saturni vel in partibus constituti **A′** *non male* | facinerosa **P^{b}R** 6 facit **V** 7 suorum *σ*] eorum 8 ẹrrarios **R** 10 immutatio enim **A′**] immutationem (inm- **M**) 13 semper perire **M** 17 looco **P** 20 de coniunctione mercurii et ueneris **V** 21 In horoscopo *om.* **V** 24 peccunias **PV** 26 huiusscemodi **P** huscemodi **R** 27 *an* etiam?

grammaticos aut legum inventores aut qui in nume-
2 ris praestent. Si vero per noctem in horoscopi partibus fuerint inventi, facient acutos ingeniosos et qui omnia, quaecumque agere voluerint, facile consequantur. Erunt autem aut coronati aut praepositi sacerdotibus aut sacrorum simulacrorum baiuli et qui processu temporis augmenta dignitatis accipiant. Facient autem armoniae cuiusdam peritos aut litteris regis praepositos, sed quorum oratio ac sermo plenus sit leporis et gratiae.

3 In secundo loco ab horoscopo Mercurius et Venus pariter constituti in diurna genitura facient multa negotia tractantes et qui in nobilibus actibus occupentur, sed in ipsis diutius perseverantes, amoenos et gratos in vita pariter ac moribus, vinosos tamen ac libidinosos. Si vero matutinus in hoc loco fuerit inventus, faciet per semetipsos patrimonia quaerentes, felices litteratos disciplinam aliquam musicamque tractantes, laetos et honestos gratiaeque splendore ful-
4 gentes. Si vero in nocturna genitura vespertinus in hoc loco cum Venere fuerit inventus, magnas decernit facultates et processu temporum maximarum felicitatum incrementa largitur; erunt enim principes civitatum, erunt legibus praepositi et quibus maximarum provinciarum cura mandetur. Alii inveniunt aliquid, unde initia felicitatis accipiant, aliis hereditates maximae conferuntur.

5 In tertio loco ab horoscopo Mercurius et Venus pariter constituti facient in sacris certaminibus esse victores aut sacerdotes aut prophetas aut vestitores deorum aut in templis maxima tractantes officia aut

2 praesint, *corr.* ϰ *cf. Maneth. V 266* 3 acutos *bis* **M** 5 aut *prius om.* **M** 7 temporis *om.* **M** 8 regiis **A** 10 gratia, *corr.* **A'** 13 in *del.* **a** 15 pariter ϰ] paribus (operibus **A'**) | uitiosos **M** *cf. VIII f. CIV col. 2 med.* 18 misicamque **P**[a] 19 grãque **M** 26 felitatis **R** | alii **MV** | hereditatis **M**[a]**V**[a] 27 conferunt **M**

praepositos sacerdotibus aut sacri certaminis principes aut legatos †boni aut institutionis moribus et quibus desideria sua secura civitas credat.

In quarto loco ab horoscopo Mercurius et Venus 6
pariter constituti absconsarum litterarum facient peritos, magos philosophos et caelestia saepe tractantes aut qui laborantes homines curent et qui hominibus quolibet genere prodesse consueverunt. Matutinus vero cum Venere in hoc loco positus a servitute ad libertatem venire faciet et ab ignobilitate ad splendorem nobilitatemque perducit, sed miserarum mulierum aut servilium aut anuum aut virginum tuitionem defensionemque suscipient et qui propter has actus variis generibus adpetant. Actibus vero institutis et negotiis et negotiationibus occupatos facient secundum substantiam qualitatemque signorum.

In quinto loco ab horoscopo Mercurius cum Ve- 7
nere pariter inventus maximas facultates processu temporis decernit et felicitatis simili modo largitur insignia, et qui ⟨a⟩ mulieribus vel ab uxoribus dona maxima vel praemia consequantur et qui potentibus viris notitia iungantur.

In sexto loco ab horoscopo Mercurius cum Ve- 8
nere pariter inventus in diurna genitura de rationibus vel de negotiationibus aut de computo aut de disciplina aut de deorum reditu decernit substantiae facultates, praesertim si sic his in VI. loco constitutis aliqua stella in X. genituraе loco fuerit inventa; sed

2 *fort.* bonis moribus et institutis; *sic fere locum refingit Buecheler* legatos ⟨aut principes civitatum qui tueantur leges⟩ boni aut instituti ⟨b⟩onis moribus | qui **MVR**[a] *fort.* cui 5 costituti **R** 6 phylosophos **P** philosofos **R** 8 consueuerint **a** 9 cum Venere *om.* **V** 12 anum | tuitioni **M**[a] 13 his **M** | actibus, *corr.* **A′** (*ubi* varii generis) 14 et negotiis *del. Sittl* 19 et *om.* **MPV** | facultates (-tis *sed* i *ex* e **M**), *corr.* *x* 20 a *add.* **A′** 22 viris notitia] uitia **M** 26 reditu] ritus **M** 27 constitutis — 28 loco *om.* **M**

uxorem difficile consequentur, nam erunt libidinosi et
9 ex ista re quodam modo infames. In nocturna vero
genitura si matutinus in hoc loco cum Venere fuerit
inventus, ancillas aut viduas aut meretrices matrimonii
sibi gratia copulabunt; actus vero habebunt laboriosos
et serviles et circa aquam, si nulla stella sic his po-
sitis in decimo ab horoscopo loco fuerit inventa.
Quodsi fuerit, faciet proprio labore multa quaerentes;
erunt enim peregrini negotiatores gubernatores nau-
10 cleri vel fabricatores auri. Vespertinus vero in hoc
loco si cum Venere fuerit inventus, cordatos ingeniosos
musicos vel organarios faciet aut tinctores colorum
aut aromatum aut gemmarum aut margaritarum mer-
catores; faciet quosdam myropolas vel pigmentorum
medicinalium inventores [erunt]; faciet etiam sic posi-
tus frequenter praepositos metallorum, ut ex his acti-
bus maxima illis facultatum subsidia quaerantur.
11 In septimo loco ab horoscopo Mercurius et Venus
pariter inventi absconsarum valitudinum vitia decer-
nunt; faciunt enim aut hepaticos aut freneticos aut melan-
cholicos et his similes valitudines, sed ab uxoris affectu
semper alienos et usque ad ultimum vitae tempus in-
12 fames. Si vero in hoc loco per noctem cum Venere
fuerit inventus, a mulieribus vel ab uxoribus maxima
illis divitiarum substantia conferetur et qui gradatim
processu aetatis grandes honores et maximae felici-
tatis insignia consequantur, praesertim si non eos sic
positos Mars et Saturnus ex aliqua parte respexerint,
sed specialiter Saturnus. Nam si fuerint illis sic po-
sitis Mars et Saturnus aliqua radiatione coniuncti,
haec, quae diximus, in contrarium vertunt.

1 consequantur, *corr.* **QA'** 3 hoc *om.* **M** 4 aucillas M^a 5 gratia *om.* **PR** 6 stella *om.* **V** 8 multa] *an* vitam? 9 penegrini **R** 10 vel *Sittl*] idest 11 cum *om.* **V** 12 locorum, *corr.* **A'** 14 muropolas 15 *del.* **A'** 18 aborosc **M** 21 uxoribus affectus (us *ex* ibus **MP**), *corr.* **A'** 25 conferantur, *corr.* **A'** 26 maxima **V** 29 positos PR^a 30 ratione **M**

In octavo loco ab horoscopo Mercurius et Venus 13
pariter constituti vespertini in diurna genitura ineffi-
caces aprocopos reddunt et qui nihil agere possint.
Facient etiam laboriosos semper ⟨et⟩ negotio impli-
catos; erunt autem vitiosi animo et corpore et qui
nuptias difficile consequantur, erunt steriles et qui
sobolem generare non possint. Morientur autem aut
spastici aut gonorroici aut apoplecti aut frenetici.
Per noctem vero in hoc loco pariter inventi alieni 14
patrimonii facient heredes aut alienarum facultatum
sollicitudinem gerentes, sed bonos benignos patres
familias et quibus a mulieribus vel ab uxoribus plu-
rima conferantur; alii quiddam invenient, quod illis
ad omne subsidium vitae sufficiat; sed habebunt mor-
tem repentinam et sine dolore atque tormento. Ma- 15
tutinus vero cum Venere in hoc loco constitutus multa
discentes et omnia scientes perficiet, exinventores etiam,
et ⟨qui⟩ quicquid volunt facile consequantur, sed qui
processu aetatis patrimonii augmenta percipiant.

In nono loco ab horoscopo Mercurius et Venus pa- 16
riter ⟨constituti vaticinantes⟩ mulieres dabunt uxores,
sed et ipsos altius levari vel magnificari facient et
quibus ex templorum officiis vitae praesidia quaeran-
tur. Facient autem aut sacerdotes aut hos, qui in
templis constituti futura praedicant aut haruspices
aut astrologos aut augures aut magos aut qui omina
explicare consueverunt.

In X. loco ab horoscopo Mercurius cum Venere 17
constitutus publicos actus faciet ⟨et⟩ qui a populo

3 aprocopes (-popes *sive* -poces **M**[a]), *corr.* **a** 4 etiam] enim **M** | et *add.* σ | implicatis **M**[a] 5 autem **Q**] uitam (uita **V**) 6 quibus **MPR** 8 corroici (coro- **M**), *corr.* κσ 10 faciet, *corr.* **A** | ut **P** 13 quidem **V** 14 sufficiant **MPR** 16 constituta **MV** 18 *suppl.* σ | quidquid **PR** 20 aborosc **M** 21 *suppl.* **A'** *nisi quod* vaginantes, *corr.* κ | dabit, *corr.* **Q** 22 altius κ] artus | leuari **Q**[b] **V**[b]] lauari 23 subsidia **M**[a] 26 omnia (omia **M**), *corr.* κ 29 publios **PR** | *add. Sittl* ⟨tractantes et⟩ *Mommsen*

aut civitatibus honorentur, sed qui de uxoris actibus infamiam contrahant. Matutinus vero in hoc loco cum Venere constitutus modorum musicorum inventores faciet, sed scaenicos et publicis spectaculis destinatos, circa nuptias vero infelices; aut enim meretrices aut publicas aut scaenicas aut infames uxores habebunt, quidam et amatores erunt puerorum et multarum libidinum vitiosis voluptatibus inplicati.

18 In XI. loco ab horoscopo Mercurius cum Venere constitutus faciet mulierum negotia tractantes et quibus mulierum substantia credatur, ut ex isto actu maxima illis patrimonii subsidia conferantur, sed postea in contrarietatibus aut in iacturis maximis constituantur.

19 In XII. loco ab horoscopo Mercurius cum Venere
constitutus si per diem sic fuerit inventus, amatores
faciet et ex amorum vitio laborantes, perspicuos
tamen et omnibus notos in istis vitiis; deferri tamen
propter hoc [et adferri tamen] faciet et compellit ex
ista delatione damnari, faciet biothanatos interire
20 propter haec animi vitia, quae diximus. Si vero per
noctem in hoc loco fuerint inventi, a mulieribus in-
dignis multas faciet persecutiones aut qui meretricem
amoris instinctu comparare cogantur, mechanicos vero
et qui in his actibus multiplicibus †iustitiis occupati
esse videantur; sed qui frequenter ab instituto deci-
dant et qui actibus ac negotiis aut a facultatibus suis
frequentibus soleant [in] rationibus decipi.

3 constitus **P** 5 meretrices publicas **A′** *cf. 152, 3 IV, 13, 3. 4* 6 sceniceis **P** (a *ex corr.* **R**) 9 cum Venere σ] et uenus 11 substantiae **V** | credantur **MV** 13 *fort.* constituuntur 18 *del.* **A′** 21 inventi *om.* **M** | indignis] ingeri iis *Mueller* 22 qui **A′**] cui 23 stinctu, *corr.* **QA′** | sibi copulare ϰ *cf. 152, 4. 184, 5 VI fol. LXXXV col. 4 ima* | rogantur, *corr.* **A′** | medianico, *corr.* ϰσ *cf. V f. LIX col. 1 m. VI fol. LXXVII col. 4 in.* 24 in *om.* **PRV** | multipliciis (-cis **M**[a]**V**), *corr.* **A′** | in vitiis *Némethy* institutis *Buecheler cl. 183, 14* 27 ⟨ab⟩ actibus **A** | a *om.* **M** | suis *om.* **P** 27 frequenter, *corr.* ϰ | *del.* ϰ *cf. 190, 4. 202, 5*

XIII. DE LUNA.

Luna in horoscopo partiliter constituta in noc- 1
turna genitura si plena et in quibus gaudet signis
fuerit inventa, grandia fortunae incrementa decernit;
praeponi fratribus facit et aetate semper et merito.
Si vero per diem in hoc loco partiliter fuerit inventa,
gubernatores maiorum navium faciet. Si vero sic 2
per diem Luna constituta alium geniturae cardinem
Mars Saturnusque possederint, idest si in quadrato
vel diametro vel si cum ipsa fuerint inventi, facient
piratas crudeli feritatis atrocitate famosos aut inacces-
sorum locorum praepositos iudices. Si vero sic Lunam
positam cum malivolis nulla benivola stella respexerit,
eos, qui nati fuerint, faciet exponi aut nulla vitae
tempora decernit et statim faciet interire aut malum
vitae finem biothanatumque decernit.

In secundo loco Luna ab horoscopo constituta in 3
nocturna genitura claros et perspicuis actibus faciet,
sed luxuriosos et amoenis deliciarum voluptatibus de-
ditos et quibus maior patrimonii substantia processu
temporis conferatur. Si vero per diem in hoc loco 4
fuerit inventa, aut statim parentes interimit aut ipsum
a parentibus dividit aut parentes facit dissoluto ma-
trimonio separari et patrimonii substantiam vario iac-
turarum genere minui; alii sic habentes Lunam assi-
duis peregrinationibus occupantur et actus suos per
multa dividunt loca; sed vitam eorum talem facit, ut
alicui potestati subiaceat. Si vero in hoc loco fuerit
minuta luminibus et Saturnus in parte vel in signo

1 *om.* **M** de luna in quibus locis posita et cum quibus astris constituta quid faciat **V** 5 semper fratribus **V** 8 per diem sic **V** 9 possederit, *corr.* **A′** 10 ipsis, *corr.* **A′** 11 pyratas **M** 12 uero *om.* **M** 14 facient, *corr.* **v** 18 noctur *in fine lin.* **M** | perspicuos **A′** 19 luxoriosos **P**[a] | uoluptibus **M** 24 substantia, *corr.* **Q** | uero (*om.* **V**), *corr.* **A′** | iaturarum **PR** 25 alii *κ cf. 148, 30*] tales 28 alienae *κ* 29 uel in parte **V**

horoscopi fuerit constitutus, perficit repentinis oculorum vulneribus caecitatem. Si vero sic Luna constituta Mars in parte horoscopi vel in signo fuerit inventus, articulorum dolores vel eiectiones vel fracturas faciet, alios aemorroica valitudinis adsiduitate debilitat.

5 In tertio loco Luna ab horoscopo constituta matrem ignobilem vel aliqua infamiae faciet maculatione pollutam. Si vero in hoc loco cum Iove fuerit inventa, his, qui sic eam habuerint, ⟨a⟩ fiscalibus vel a publicis annonis alimenta suppeditat. Si vero Iove et Luna in hoc loco constitutis Mercurius se aliqua radiatione coniunxerit, antistites facit maximae cuiusdam deae vel potentissimae religionis sacerdotes aut publicarum . . . dispositores vel correctores. Si vero cum Luna in hoc loco Venus fuerit inventa, actus habebunt de pigmentis ac de aromatibus aut de vino
6 aut de floribus. Si vero in nocturna genitura in hoc loco Luna cum Saturno solo fuerit inventa, faciet tardos, qui nihil ex his, quae cupiunt, consequantur et qui ⟨de⟩ religionibus omnibus sacrilega proferant verba et quibus [det quibus] deorum ira maxima infortunia conferantur. Si vero per diem in hoc loco Luna cum Mercurio et Marte fuerit inventa, sacrilegos, templorum spoliatores, iniustos impios inreligiosos homicidasque perficient.

7 In quarto loco ab horoscopo idest in IMC. Luna constituta si per diem sic fuerit inventa, matrem ignobilem decernit et quae maritum superstitem relinquat. Sed et si Saturnus in alio geniturae cardine

4 desectiones ϰ *cf. 26, 26 Maneth. I 136* 9 a *add.* **A'** 10 a *om.* **M** 11 loco *om.* **V** | constitutus **M**R^a 12 antistes **MV**R^a 13 potentissimam, *corr.* **v** | sacerdotibus, *corr.* **v** 14 *v. g.* ⟨pecuniarum⟩ *cf. 157, 12. 181, 24* ⟨rationum⟩ *Némethy* | correptores **M** 16 de vino **A'**] deno (*deinde lac. 3—5 litt. in* **MQV**) *οἰνεμπόρους Ptol.* 46^v *5* 19 cumpuniunt **PR** concupiunt **V** 20 de *add.* σ | omni, *corr.* σ 21 *del.* **A'** 24 expoliatores **M** 26 mc, *corr.* **v** 27 fuerit sic **V** 29 saturnum **M**

fuerit inventus et Venus fuerit in occasu, mater de ingenuitate ad servitutem transfertur et fiet aliquando captiva. Si vero per noctem Luna in hoc loco fuerit inventa plena lumine, matrem faciet nobilem divitem et ipsos adsiduis faciet divitiarum augmentis maxime sublevari. 8 Si vero Sole partiliter in horoscopo constituto Luna in quarto loco fuerit inventa, idest in ⟨IMC.⟩
****
*** ⟨incre⟩menta felicitatis accipient; alios compellit maximas colere religiones, aliis mulierum facit negotia committi. Si vero per diem sic fuerit inventa, peregrinos ignobiles faciet et quorum vitae erroribus periculisque quatiantur; aliis in templis ignobilia decernit officia, alios in templis facit ministeria exercere servilia, praesertim si sic Lunam positam malivola stella respexerit.

9 In decimo loco ab horoscopo Luna constituta, idest in MC., si in nocturna genitura partiliter in hoc loco fuerit inventa in his signis, in quibus exaltatur vel in quibus gaudet, crescenti scilicet lumine, Iuppiterque eam oportunis radiationibus protegat, imperatores maximos faciet aut administratores potentes, quibus vitae et necis potestas facili ratione credatur; dat etiam sic posita ordinarios consulatus. Si vero partem MC. praecedat aut sequatur, in proximo tamen loco et vicinis partibus sit posita, duces tribunos administratoresque perficiet; si vero in eodem signo, in quo est MC., platice fuerit constituta, magnos in omnibus ⟨actibus⟩ reddit et vario genere felicitatis ornatos. Si vero Luna sic posita ad Saturnum ⟨feratur

2 transferatur **M** 5 faciet adsiduis **M** 7 Luna in] lunā **P** | *suppl.* **v** 8 *folium unum excidisse statuit Mommsen, contra lacunam post 16* **A**, *quam impudenter explet* **v**; *cf. VI f. LXVIII col. 2 ima* 9 *suppl.* **Q** (mesa *cum spat. 5 litt.* **V**) 13 patiantur (pac- **M**), *corr.* **A′** 17 aborosc **M** 23 radiatione, *corr.* **A′** 25 medio caelo **PR** 27 perficiat **MV** 29 *add.* **A′** 30 *suppl. Sittl* posita Saturnus alium **A′**

vel Saturnus⟩ alium geniturae possederit cardinem, in-
10 vidias et infelicitates frequenti ratione decernit. Per diem vero in MC. Luna constituta mediocres in vita et in omnibus actibus faciet et qui frequentibus soleant rationibus decipi. Si vero per diem sic Luna posita Sol in horoscopo partiliter fuerit inventus in domo sua aut in altitudine sua aut in domo Iovis, magnos administratores maximarum provinciarum vel maximarum faciet civitatum, proconsules, sed in ipsa [actus] administratione terribiles; sed ⟨si⟩ sic Luna et Sole constitutis, Sole scilicet in horoscopo in his, in quibus diximus signis, Luna vero in MC., pariter ambos vel unum de duobus Iuppiter prospera radiatione protexerit, imperatores faciet felicitate ac iustitia praepotentes et quos omnes cum terroris trepidatione suspiciant.

11 In XI. loco ab horoscopo Luna constituta haec decernit, quae in quinto ab horoscopo loco facere ex praecedenti explicatione monstravimus.

12 In XII. loco ab horoscopo Luna constituta in nocturna genitura ⟨breve⟩ vitae tempus spatiumque decernit; sed si Iuppiter et Venus aut unus de duobus in horoscopo partiliter fuerint inventi [aut unum de duobus] et Luna sic sicuti ⟨diximus sit constituta⟩ et sit nocturna genitura, potestatis alicuius licentiam cum felicitate decernit. Si vero Marte et Saturno partiliter in horoscopo constitutis aut uno de duobus Luna geniturae XII. possederit locum, multa ac mala infortunia et graves casus et valitudines et vitia faciet

2 radiatione **PR**[b] 5 luna *ss.* abtis (ablativus) **PR** 9 proconsoles **M** 10 actus *om.* **M** | si *add. Sittl* 12 pariter **A′**] partes 13 ambas **PR** | vel unum] tunā **P** 15 erroris **MV** 16 suscipiant, *corr. Mueller* 18 ex] *Hilar. ps. p. 17, 25. 104, 15. 428, 19 Cael. Aur. ac. III 19 Cic. off. ed. 1882 p. 36, 19 al. cfrt. Mueller* 21 *suppl.* **a** 22 si *x*] et | unus **A′**] uni 23 *del.* a 24 sic] si **P** | *suppl. x* 25 sic **PR** 26 martem aut saturnum, *corr.* **A′** 27 uno **A′**] unum 28 genitura, *corr. x* | XII. **A′**] XV 29 ualitudine **MPR** | et **Q**] sed

ipsi pariter ac matri. Si vero nullo in horoscopo 13
constituto sola per diem in XII. ab horoscopo loco
fuerit inventa, iacturam patrimonii, miseros actus
peregrinitatemque decernit. Si vero per noctem si-
mili modo in hoc loco fuerit inventa, miseros humiles
aut humili aut servili genere faciet procreari et labo-
riosos et semper ingloriis actibus occupatos et quo-
rum corpus aut os gravi odoris foeditate turpetur,
sed qui frequenter falli periclitarique consueverunt et
qui vitium aliquod ex peregrinitatis incommodis con-
trahant.

Sed et Lunae duodecatemorion et fines, in qui- 14
bus est duodecatemorion, diligenter inquire; quicquid
enim in genitura celatur ex generali stellarum com-
positione, id totum duodecatemoria et fines eorundem
publicant et demonstrant. Si enim ex duodecatemo-
riorum efficacia et ex finibus, in quibus fuerint in-
venta, omnem volueris apotelesmatum explicare sub-
stantiam, non falleris; Babylonii enim [in] duodeca-
temoriis summam decretorum tribuunt, Ptolomaeus
vero antisciis, nos utrisque.

XIV. ⟨LUNA IN LOCO FORTUNAE.⟩

In loco Fortunae Luna si fuerit inventa et sic 1
posita, ut ad Iovem feratur vel [si] cum ipso sit, du-
catus administrationes gloriam felicitatemque decernit.
Si cum Venere in hoc loco fuerit constituta ⟨vel⟩ ad

1 matris, *corr.* **QA'** 2 diem **V**] idem **MR**[a] didem **PR**[b] 3 iactura, *corr.* **A'** 6 humilia, *corr.* **A'** | procreare, *corr.* **a** 7 ingloriosis **V** 8 aut os **QA'**] auctos | turpentur **M** 10 vitium **QA'**] unium | -tatisque **M** 12 quibus **A'**] quo 14 ex generali **A'**] et generaliter 15 duodecathemorion, *corr.* *Sittl* 17 inuenti, *corr.* **A'** 18 et explicare **PR** 19 babilonii | in *del.* **a** 20 summum, *corr.* **a** 21 antiscis **MPR** | utriusque, *corr.* **QA'** 22 *add.* **v** 23 sic **A'**] sit (sic sit **Q**) 24 si *del.* **κσ** 25 administrationis, *corr.* **κ** 26 vel *add.* **v**

Venerem feratur, honestates, quas diximus, cum gra-
2 tiae venustate largitur. Si vero in hoc loco posita
crescens lumine ad Mercurium feratur vel si cum ipso
sit, facit beatos potentes nimiumque cordatos, et qui
felicitate ingenii aut doctrinae gratia honores gloriam
dignitatem et patrimonii substantiam consequantur.
Si vero deficiens in hoc loco constituta ad Mercurium
feratur vel cum ipso sit, valitudines vitia malitiam
3 malignitatemque decernit. Si vero in hoc loco con-
stituta in diurna genitura ad Martem feratur vel cum
ipso sit, laboriosos miseros, ab igni aut ex ferro aut
ex pondere aliquo cotidianae vitae faciet alimenta
quaerentes; si vero in nocturna genitura in hoc loco
posita feratur ad Martem vel si cum ipso sit, mili-
tiam gloriam potentiam et in his actibus decernit
principatus; athletas etiam facit pro qualitate signo-
4 rum, sed qui ceteris virtutis merito praeferantur. Si
in hoc loco posita in nocturna genitura crescens lu-
mine ad Saturnum feratur vel cum ipso sit, paternum
ac maternum patrimonium minuet, matrem aut viduam
aut cum valitudine aut cum vitio facit aut mala morte
pereuntem, ipsos vero in prima aetate miseros ac la-
5 boriosos, procedente vero aetate felices. Si vero per
diem crescens lumine ad Saturnum feratur vel cum
ipso sit, eum, qui natus fuerit, morte parentum cito
faciet orbari et patrimonium [de] miseris compellit
lacerationibus dissipari, sed et ipsis processu aetatis
et felicitas et augmenta patrimonii conferuntur. Sed
et nocte lumine deficiens haec eadem simili ratione

1 honestas (-os **V**) quos, *corr.* *κ* *cf. V fol. LXIII col. 3 in.* (honores **v**) 3 ipse **MPR** 11 igne **V** 12 pondere *cf. IV 14, 6 VIII fol. CX col. 3 ima; an* onere*?* 15 decernitur, *corr.* **A′** 16 etaam **R**[a] | secundum qualitatem **V** 21 morte *geminat* **M** 23 uero tempore (etatę) **M** 26 patrimo **M** | *del.* **A′** (dimiseris **R**[a]) 27 et *om.* **M** 28 et felicitas *om.* **M** | conferantur **R**[a]

decernit, si vero per diem in hoc loco posita minuto
lumine ad Saturnum feratur vel cum ipso sit, vitio-
rum valitudines et malae mortis et proscriptionis in-
commoda. Si vero locus Fortunae in decimo ab ho- 6
roscopo loco fuerit inventus, idest in MC., vel in un-
decimo, in quo loco MC. pars frequentissimis ratio-
nibus invenitur, et ibi Luna crescens luminibus fuerit
inventa et sic ad Saturnum feratur vel si cum ipso
sit et sit Sol partiliter in horoscopo ⟨constitutus⟩,
felices beatos gloriosos nobiles facit et maximae po-
testatis decernit insignia, sed facit hos eosdem vitiis
ac valitudinibus implicari. Si vero Sol non fuerit in 7
horoscopo constitutus et ipsa ad Saturnum feratur
vel cum ipso sit, [si] quid decernat, superiori expli-
tione monstravimus. Si vero in hoc loco constituta
in diurna genitura crescens luminibus ad Solem fera-
tur vel cum ipso sit, potentes factiosos administra-
tores iudicesque perficiet; et si his Iuppiter aliqua
se societate coniunxerit, imperia largitur. Quodsi de- 8
ficiens lumine in hoc loco constituta in diurna geni-
tura ad Solem feratur, processu temporis potentiam
gloriam administrationesque largitur. Si vero per
noctem deficiens lumine in [hoc] loco Fortunae ad
Solem feratur vel cum ipso sit, faciet in prima aetate
humiles et qui sint semper decepti, sed processu tem-
poris et patrimonia et gloriam et honores et princi-
patus maximos consequentur. Sed semper Luna et 9
in hoc loco et in ceteris geniturae locis ceterisque
signis ⟨si⟩ in eadem parte cum Sole fuerit inventa
nec se cuncta Solis societate liberaverit, periculosis et
humilibus actibus in prima aetate eos, qui nati fue-
rint, implicabit; sed processu aetatis post graves iac-
turas largitur substantiae facultatem.

1 *nempe* minuta 2 ferantur **M** | si cum **V** 6 MC.] merc. **PR** 9 *add.* **A'** 14 ipso] ipsa **M**$\mathbf{R}^{a}$**V** | si quid *ex* sed quic *uv.* **R**, si *del.* **a** | decernit **M** 23 *del.* *κσ* 29 si *add.* **v** 30 coniuncta soli, *corr.* *κ et* **a**

10 In omnibus autem genituris cursum Lunae te servare conveniet; nec tantum eodem die, quo natus homo prima vestigia lucis ingreditur, sed diligenti ratione perquirere etiam tertio die debemus, cui se stellae [vel] Luna vel quali radiatione coniungat vel a quo recedens [vel] ad quem feratur; eo enim die nato homini primum inmulgentur alimenta nutricia. Inquirendum itaque est tertio die, an sit minuta an plena luminibus et quatenus eam benivolae stellae malivolaeque respiciant. Nam et tertio die, sicuti primo, omnia simili ratione decernit; quae si diligenti fuerint inquisitione [decernit] collecta, in explicandis fatis hominum numquam poterimus erratica confusione turbari; quem tractatum, ne quid a nobis praetermissum esse videatur, in quarti libri principiis explicamus.

1 *cf. 83, 22. 207, 20 Maneth. VI 108* 2 eosdem (eundem **V**) diem (dies **PR**[b] die **R**[a]), *corr.* **A′** | quo **V**] quod 5 stella **P** | *del.* **QA** 6 *del.* **A′** 7 inmulgetur, *corr.* **QA′** 8 minuita **M** 9 quatinus **PR** | stellae *om.* **M** 12 *del.* **V** 15 principii **P** | explicabimus **V** | *subscr.* Iulii. Firmici. Materni (*om.* **V**) Iunioris. VC. matheseos lib. III. explicit; incipit eiusdem lib. IIII. **MV** explicit lib. III. incipit lib. (*om.* **R**) IIII. (quartus **R**)**PR**

LIBER QUARTUS

⟨PROOEMIUM⟩

Patrocinia tractantes tenuerunt causarum conflic- 1
tationes et caninae, ut ita dicam, contentionis iurgiosa
certamina, ex quo studio nihil mihi aliud per dies
singulos nisi periculorum cumulus et grave onus in-
vidiae conferebatur; semper enim factiosis hominibus
et quos inpotentiae delectabat improbitas vel qui
avarae cupiditatis instinctu alienis inhiabant vel qui
miseris hominibus ex iudiciorum metu terribiles vide-
bantur, erecta constantiae confidentia resistebam. Hinc
mihi malignus livor invidiae et periculorum procellae
inproborum hominum pravis cupiditatibus parabantur.
Deserui itaque hoc studium, ne imperitorum ac deli- 2
rorum hominum convalescente consensu pro alienis
utilitatibus excubans maximis me insidiis et maximis
periculorum discriminibus implicarem; quibus semper
et sine intermissione contra me saevientibus et acerba
odiorum continuatione certantibus nulla alia ratione
restiti, nisi quod liberali animo contemptis forensibus
lucris laborantibus hominibus ac varia rerum diver-
sitate sollicitis purum ac fidele patrocinium defen-

2 *add.* **a** 3 tenuerunt ⟨nos⟩ **a** 4 contentiones, *corr.* **Qv** 8 improbitas *om.* **M** 9 inhiabant *Haupt op. III 580*] inherebant *at cf. 8, 26 IV 11, 3. 12, 4* 11 et erecta constantia (-tię **Q**[b])**Q** | confidebant, *corr. Sittl cf. 23, 6* 14 impiorum *x* | delirorum *Haupt*] debitor (or *ir.* **R**) 17 discriminis **MR**[a] 19 certaminibus, *corr.* **VA**' 20 restiti nisi *x*] restitutionis | liberari, *corr.* **v** 21 la *et in novo versu* laborantibus **M** 22 fidelem

3 sionis exhibui. In otio itaque constitutus et forensium certaminum depugnationibus liberatus, exutus etiam quodammodo invidiae laqueis improbis ac perfidis hominibus crassa invidia et rapiendi, immo potius latrocinandi potestate permissa hos ad te, Lolliane, solutus omni sollicitudinis cura libros scripsi, ut a terrena quodammodo conversatione sepositus ex qualicumque parte ad purganda animi vitia, quae ex pravorum hominum conversatione contraxeram, caelestibus me ac divinis disputationibus adplicarem.

4 In hoc itaque libro id principe loco explicabitur, quod in posterioribus tertii libri partibus promisimus, idest Lunae omnes species ac formae, coniunctiones etiam, defluctiones et quicquid ad eius numinis pertinet potestatem; Fortunae etiam locus et daemonis, geniturae dominus, quem Graeci oecodespoten vocant, diligenti ratione tractabitur, et eius etiam, qui actus decernit, efficacias explicabo; sed et plenas partes ac vacuas earumque decreta monstrabo, masculinas etiam ac femininas partes pariter ostendam, et ultimas partes
5 Luna rursus accipiet. Omnia enim, quae Aesculapio Mercurius †einhnus uix tradiderunt, quae Petosiris explicavit et Nechepso et quae Abram, Orfeus et Critodemus ediderunt [et] ceterique omnes huius artis scii, perlecta pariter atque collecta et contrariis sententiarum diversitatibus comparata illis perscripsimus libris divinam scientiam Romanis omnibus intimantes, ut hoc, quod quibusdam difficillimum videbatur propter Latini sermonis angustias, ostensa Romani sermonis licentia veris ac manifestis interpretationibus explicarem.

1 exibui M 4 grassa, *corr.* A′ 5 latrocinando P^a 6 omnis, *corr.* Q 10 duuinis M 16 oecodespotent 19 earum V 21 escolapio 22 emhnus V et Hanubius *Teuffel cf. 91, 13* | quae Petosiris] q. p. et osiris 23 nehepso (nephso V) | abraam M | orpheus MV 24 et *del.* v 25 scii *Sittl*] antisci (antiscia V) | pariter *om.* M 31 explicare, *corr.* A′

I.

Lunae nos omnes cursus in principiis huius libri 1
explicaturos esse promisimus et quid qua ratione de-
cernat; omnis enim substantia humani corporis ad
istius pertinet numinis potestatem. Nam posteaquam
perfectum hominem vitalis aura susceperit et postea-
quam se corpori spiritus divinae mentis infuderit,
compositi corporis formam pro qualitate cursus sui
Luna sustentat; unde cursus eius prudenti debemus
inquisitione colligere, ut totam possimus substantiam
humani corporis explicare. Aliter enim natura hominis 2
constare non poterit, nisi corpus eius ad vitae sub-
sidia firmo fuerit praesidio fabricatum; et errant, qui
putant solam vitae et spiritus rationem in omnibus
genituris esse tractandam, idest horoscopum et MC.;
ex his enim locis vitae substantia et spiritus inveni-
tur. Sed nos cum horoscopi parte et cum MC. etiam
Lunae cursum sagaci ac sollerti inquisitione debemus
partiliter invenire. Fabricator enim hominis deus 3
cum animal hoc divina ac singulari artificii ratione
componeret, inmortalis animi divinitatem mortalis ac
terreni corporis vinculis obligavit, ut animus ⟨extrin-
secus⟩ intrinsecusque diffusus et magnae cuiusdam
necessitatis obligatus imperio caducam servientis sibi
corporis fragilitatem divinae potestatis licentia guber-
naret. Non habebit ergo animus integrum recepta- 4
culum nec se poterit circumfusus adnectere nec divi-
nitatis suae explicare substantiam, nisi corpus ad
susceptionem animi integra et incorrupta fuerit com-
pagine roboratum, ut animus et corpus pari necessi-
tatis ratione coniuncti et invicem se propriae naturae

2 omnis (ōs **V**), *corr.* **Q** | huius **Q**] eius 3 quod $\mathbf{MP^aR^a}$ 6 hominem *om.* **M** 12 ad **A′**] ac 14 vitae et *κ*] uitam 20 artifici, *corr.* **Q** 22 *suppl. Némethy; spat. 5 litt. in* **RQ** 27 nec divinitatis — 28 substantiam *om.* **M**

potestatibus ac viribus sustinentes hominem divina ac terrena coniunctionis societate compositum integra

5 specie ac forma perfecti operis explicarent. Quare scire debemus, quod corpus hominis Luna susceperit et quod Lunae sit potestatibus deputatum; nam et crescentis Lunae augmenta in corporibus nostris et deficientis luminis damna sentimus. Medullae enim humani corporis, cum Luna creverit, crescunt; cum vero inanescere coeperit destituta luminibus, tenuati corporis fatigatione languescunt; sed et humanum corpus Luna deficiente decrescit et rursus crescentis

6 Lunae complementis sollemnibus inundatur. Sic omnis substantia terreni corporis istius numinis providentia gubernatur. In posterioribus enim caeli regionibus collocata et terrae imperium ex vicinitate sortita omnia corpora, quae inspiratione divinae mentis animantur, cursus sui multiplici varietate sustentans et per signa omnia festina celeritate discurrens et omnibus stellis adsiduis se coniunctionibus socians ex contrariis mixturis et ex disparibus elementis integra compositi operis substantia mutuata omnia animantium corpora et concepta procreat et generata dissol-

7 vit. Laborandum itaque et in omni geniturae substantia ista ⟨pars⟩ magno opere requirenda, in qua est Luna constituta; quanto enim Luna velocibus se agitationibus transfert et quanto se stellis omnibus celeri festinatione coniungit, tanto nos cursus eius

2 coniunctione MV 3 explicarem, *corr.* A′ 7 enim *om.* M 8 crescerit M 9 inanis ceperit destat ut (i. e. esse restat ut V) a, *corr.* ϰ 10 languescant V 11 decrescit ϰ] deserit; humor *sive* sanguis *post* et *l. 10 excidisse vid.* σ 15 uiciuitate P (n *ex*? R) 17 sustentant (-at V), *corr.* *Sittl* 18 discurrens V] discurrunt M discurrent P discurent R 19 assidue V | se *om.* MV | sociant (-tiant M), *corr.* VQ 20 ea mentis, *corr.* *Némethy* 21 corporis A | mutata, *corr.* σ (*ne conicias* integram . . . substantiam *cf. 40, 14*) 23 in *om.* PR 24 ita M | *suppl.* ϰ 25 quando P[a] 26 quando M[a]PRV 27 cursus *om.* M

diligenti debemus contemplatione colligere. Nam et
primus dies et tertius eadem simili ratione decernit,
septimus etiam et undecimus per Lunam totius vitae
substantiam monstrat. Sed et geniturae dominus et 8
vitae dator ex Lunae coniunctionibus invenitur, dies
etiam ultimus vitae ex Lunae rationibus discitur. Sed
et temporum dominum, quem Graeci chronocratorem
vocant, cum Sole nobis Luna demonstrat; nam in
nocturnis genituris initium ac dominium ipsa suscipit
temporum, in diurnis vero genituris Sol; quod quale
sit vel ubi proficiat, in libris posterioribus explicamus.
Lunae plurimas species ac formas esse ⟨in⟩ in- 9
stitutionis libro diximus, sed et nunc has easdem
breviter explicamus; omnia enim, quae difficiliora sunt,
debemus frequentius intimare, ut istas difficultates ex
crebro tractatu facilius adsequamur. Est itaque Luna 10
aut synodica aut plena aut dichotomos aut menoides
aut amficyrtos et per has mutata formas cursum
menstrui luminis complet. Haec itaque luminis eius
vel augmenta vel damna et diversarum formarum
mutabiles species et primo natalis die tractantes ge-
nituram et tertio rursus die diligenter debemus in-
spicere, et quibus se coniungat et ⟨a⟩ quibus defluat
et recedat et quatenus se post primam coniunctionem
secundis coniunctionibus societ, quibus etiam per ven-
tum se coniungat, quando per altum ⟨quando per de-
mersum⟩ feratur; quas stellas trigonica, quas quadrata,
quas diametra radiatione respiciat; quando et ad quas
stellas plena feratur ⟨vel⟩ minuta luminibus, qualiter

2 eadem et **PR** 3 etiam *om.* **P** 5 ex] et **M**[a] 6 *nempe* radiationibus | dicitur **MPR** 7 -chratorem **P** 9 dominum, *corr.* **v** 10 Sol] cum sol **P** csol **R** 12 Lunae **v**] Tunc | adplurimas, *corr.* *x'* adprime *confert Sittl* | in *add.* **v** 13 libros **PR** 15 ex **Q**] et 17 sydonica, *corr.* **A'** | dicothomos | minoides 18 amfycyrtos **MR** amsycyrtos **P** 21 die **Q**] dies *cf. 32, 28* 23 *add.* **A'** 24 quatinus **MPR** 25 societ **v**] societate (sot- **M**) | per ventum *cf. 108, 7. 10* 26 *suppl.* *x cl. 14, 3* 29 feratur plenā **PR** | vel *add. Sittl*

conditionis suae stellis iungatur, quando in eadem parte posita synodica se copulatione coniungat, quando eam in isdem partibus collocatam Sol orbe suo rapiat et abscondat, ut sic exploratis omnibus atque tractatis in genituris hominum plenam pronuntiandi scientiam consequamur.

II. LUNA AD SATURNUM.

1 Si se Luna Saturni adplicaverit stellae et crescens
lumine ista se Saturno societate coniungat vel sic ad
Saturnum feratur, matri viduitatem et muliebrium
locorum adsiduos dolores decernit; ipsos facit in tem-
plorum conversationibus detineri et patrimonium eorum
variis lacerationibus dissipat, sed rursus procedenti
temporis cursu proprio labore aliam sibi facit patri-
2 monii substantiam quaerere. Si vero deficiens et mi-
nuta lumine Saturno iungatur, parentes faciet aut
degeneres aut servos aut miserae infelicitatis squalore
demersos, quorundam autem matres aut debilitatas
perimit aut certe facit biothanatas interire ipsis in
annis minoribus constitutis; sed et ipsos facit aut
vitiosos debiles aut oligochronios aut malo quodam
exitu intereuntes, praesertim si in ista coniunctione
in necessariis geniturae locis fuerit inventa, idest si
[in] horoscopo partili radiatione iungatur.

1 suae *om.* **P** 2 sycnodica **M** sinodica **V** | se ⟨Soli⟩ κ | coniungatur **P**^{a}**R**^{a} 3 hisdem **M** | collocata **MV** 4 sic **V**] si 7 de luna ad quam stellam accedens quid decernat. luna ad saturnum **V** 8 saturni (-uni **V**)**VQA′**] ad saturnum **MR**^{a} ad saturni **PR**^{b} | applicuerit **V** 9 sic κ] si 10 mulierum, *corr. J. B. Mayor Class. Rev. VIII p. 261* 15 sustantiam **M** | et *om.* **M** *expectas* vel. *Cf. 100, 18. 120, 8. 170, 8* 18 debilitas, *corr. Sittl* 19 deprimit **M** | biothanatos **M** 21 vitiosos aut d. **Q** | oligochronicos **M** 24 in *del.* κσ | ratione, *corr.* **V**

III. LUNA AD IOVEM.

Si Luna se Iovis adplicaverit stellae et crescens 1
lumine ista se societate coniunxerit vel ad Iovem
feratur, faciet felices gloriosos divites, multorum et
magnorum fundamentorum et latissimarum possessio-
num dominos; sed sic habentes Lunam etiam futura
praedicunt aut propria animi divinitate aut deorum
monitu aut ex oraculis aut artis cuiusdam venerabili
disciplina. Si tamen in ista coniunctione Lunam po-
sitam de quadrato vel de diametro Martis stella [non]
viderit, minuuntur haec omnia cum maximo vitae
discrimine. Si vero in ista coniunctione fuerit minuta 2
luminibus, faciet adoptari vel expositos antea postea
parentibus reddi, per semetipsos sibi patrimonia quae-
rentes, et reddit tales, qui gradatim et processu tem-
poris crescant et qui habeant alicuius gloriae pote-
statem; sed haec tunc complentur, si sic Lunam po-
sitam vel crescentem vel minutam Mars de diametro
vel quadrato non viderit. Quodsi sic Lunam positam 3
Mars ista, qua diximus, radiatione respexerit, faciet
expositos sempiterno servitutis onere deprimi aut ab
ancilla matre aut a debili faciet procreari; aut ipsi
certe fiunt parte quadam corporis debiles et misero
infelicitatis onere praegravati, praesertim si istam
coniunctionem Mars in diurna genitura respexerit vel
Saturnus in nocturna, sed Saturnus tunc, cum minuta
deficit Luna.

2 se iouis se **M** | applicuerit **V** 3 isti se societati **A′** se ei s. **a** 5 fundamtorum **M** 7 praedicant **V** | diuinitatate **M** 10 *del.* **a** 11 vitae *om.* **M** 15 reddi, *corr.* $\mathbf{Q}^{b}$**A′** 19 sic **V**] sit 20 ista qua **V**] itaque 21 deprimi **V**] reprimi *an* ⟨et⟩ aut? 22 debile **MV** debiles $\mathbf{R}^{a}$ 23 miseros (miseri $\mathbf{V}^{b}$), *corr.* **v**

IV. LUNA AD MARTEM.

1 Si se Luna Martis applicaverit stellae et crescens lumine Martis se societate coniunxerit vel ad Martem feratur et sit nocturna genitura, facit calidos periculosos violentos, sed qui frequentibus soleant rationibus decipi et quorum vita sit maximis periculis mancipata, efficaces tamen et omnia complentes, aut armis dedicatos aut athleticis certaminibus deputatos, praesertim si in primis geniturae locis fuerint constituti; erunt tamen vitiosi aut laborantes. Matres vero eorum aut debilitatas ante perimit aut facit biothanatas
2 interire. Si vero diurna fuerit genitura et sic se Marti Luna coniunxerit, omni faciet....parte corporis amputatos; aliorum oculis nocet, aliorum stomachum latentium vitiorum continuatione [Luna] debilitat, quosdam oligochronios biothanatos facit. Sed haec omnia secundum propriam naturam singulorum signorum facit atque decernit; et secundum cardinum diversos situs et secundum anaforas cardinum et secundum ea signa, quae aliena esse ab horoscopi societatibus diximus, decretorum diversa varietas invenitur.
3 In his enim signis, quae aliena esse ⟨a⟩ societate horoscopi diximus, idest in sexto ab horoscopo vel in duodecimo loco, si crescens lumine Luna se Marti coniunxerit, patrimonium minuit, parentes separat aut interemptis parentibus orbitatis faciet miseriis fatigari; aliorum corpus ferri laceratione conciditur, aliis talia nascuntur vulnera, ut nulla re alia nisi ignitis

2 aplicauerit **R** applicuerit **V** | *cf. 82,28. 97,29. 140,17* 3 societati **A'** *possis* Marti | coniuxerit (x *ex* n) **M** 4 noturna *ir.* **M** 10 uiciosi **V**] uitio 11 debilitatos **R**[a] | aut **A'**] ita ut | faciat **V** 12 fuerit *om.* **M** 13 debiles aut parte corporis *post* corporis *suppl.* **A'** 15 continuationem **PRV** | *del.* **a** 16 oligochronius **MPR** 19 exitus, *corr.* *ϰ* 22 alimenta, *corr.* **a** | a *add.* **a** | societatem, *corr. Sittl* 25 matrimonium, *corr.* *ϰ* | aut *Sittl*] ut 27 corpora **M**

⟨possint⟩ sanari cauteriis. Largitur autem artes, quae aut ignem tractent semper aut ferrum; alios milites faciet, sed qui sempiterno onere militiae deterantur. In quinto vero loco vel in undecimo ab horoscopo vel in secundo vel in octavo loco vel in ipso horoscopo constituta si per diem ad Martem Luna feratur, vitia laterum et parvum vitae spatium decernit et biothanatos facit. Si vero fuerit nocturna genitura 4 et minuta luminibus feratur ad Martem, in his scilicet, in quibus diximus locis, magnos potentes terribiles efficaces faciet, qui maximas civitates potestatis alicuius licentia subiugent, praesertim si in primis cardinibus geniturae sic fuerit inventa. Si vero per diem 5 ⟨in⟩ principalibus geniturae locis sic fuerit inventa, paternam substantiam dissipat, sed et parentes ipsos debilitat aut biothanata morte perimit, artifices tamen publicos aut milites faciet, sed valitudinibus aut vitiis implicatos, aut frequenter maxima pericula et violentae mortis decernit exitium.

V. LUNA AD SOLEM.

Si Luna feratur ad Solem et ei se partili radiatione coniungat in qualicumque schemate, faciet periculosos miseros deiectos ac miseris facultatibus et ⟨in⟩ omni vita humili conversationis deiectione prostratos. Interdum facit spasticos et qui adsiduis valitudinum vitiis contrahantur; alios facit caducos, ⟨aliis⟩ alienationis decernit incommoda, aliis plerumque decernit insanias.

1 *similiter suppl.* **A'** 3 facit **M** | onere **A'**] ore | decernatur, *corr.* σ 5 in *secundum om.* **M** 7 laterum **A'**] litterarum 8 fuerint **M** 9 in **a**] et 11 potestates **R**ᵃ 12 subiungent **PR**ᵇ | 13 locis *ante* sic **R** 14 *add.* **Q** 16 debilitat aut **v**] debilitatem ut **MR**ᵃ debilitatam ut **PR**ᵇ debilitata aut **V** 17 facit **M** 18 aut] *nonne* et? 19 exitum **P** 22 in] etiam **V** | scemate **MP** 23 deiectis, *corr.* **A** 24 in *add.* **a** 26 *add.* **A'** 27 alienationes **PRV**

VI. LUNA AD VENEREM.

1 Si Luna feratur ad Venerem ⟨et Venus⟩ parti-
liter radios Lunae venientis exceperit, si [se] crescens
Luna coniunctioni se Veneris applicaverit, faciet pa-
rentes nobiles et maximae potestatis potentia sub-
levatos, sed eis, qui nati fuerint, a parentum adfecti-
bus separatis cito onus miserae orbitatis indicit.
Erunt sane noti semper et nobiles et qui semper in
omni actu proficiant et qui omnia, quae desiderant,
facile consequantur et qui potentiae maximis honori-
bus fulgeant, pleni venustatis et gratiae, sed omnia
2 incrementa processu temporis consequentur. Si vero
Luna deficiens sic feratur ad Venerem, magnos actus,
honores maximos et magnae potestatis decernit in-
signia, et quibus a parentibus et a prima aetate
magna felicitatis conferantur augmenta; sed hos facit
3 adsiduis infamari rumoribus....adpetatur. Sed semper
Luna in omni orbis sui figuratione si feratur ad Ve-
nerem, faciet praeposteris amorum vitiis implicatos et
qui ob hoc adsiduis pulsentur infamiis, inpuros libi-
dinosos et circa amores mulierum immodica semper
cupiditate flagrantes, et quos ad nefarios coitus in-
cesta cupiditas semper incendat; aut enim sorores
suas semper stuprant aut sororum filias aut uxores
filiorum aut uxores privignorum aut cum novercis
suis coeunt aut concubinas patrum latenti cupiditate
corrumpunt aut patruis similis per illos inrogatur in-
iuria, praesertim si istam coniunctionem Mars de dia-
metro respexerit. Nam si sit diurna genitura et Luna

2 *suppl.* **A′** 3 *del.* **a** 9 desiderent **a** 12 incre-mentatis **MV** incrementis **R**^{a} | consequantur **M** 14 et maximę **V** 16 magnae **M** | consequatur **M** | augmentum **MV** 17 adpetatur *om.* **V** *antea spat. 2 litt. in* **R** 18 omnia (omnem **V**), *corr.* **A′** | orbis *ϰ*] ortus | figurationem, *corr.* **Q** 19 annorum **M** 20 qui *om.* **PR** 21 et modica **M** non modica **V** 22 fraglantes, *corr.* **A′** | ad *om.* **V** 24 strupant **M** 25 noruercis **R** 27 similiis **M**^{b}**PR** 29 diuturna **PR**

in cardinibus geniturae posita sic feratur ad Venerem, Mars vero in occasu vel in MC. fuerit inventus, ob haec facinora, quae diximus, gladio faciet interire. Si vero in mulieris genitura sic Luna feratur ad Ve- 4
nerem, erit invido stridore semper inpatiens et quae ad promiscuas libidines pravis cupiditatibus erigatur et quae incestarum et inlicitarum cupidinum vota concipiat et inpuris semper libidinum cupiditatibus aestuet. Aut enim cum fratribus aut cum filiis coit aut cum filiis fratrum aut patruis suis aut illecebris suis captos ad genialis iniuriam tori privignos praepostero adducit cupiditatis ardore aut adfines suos sibi stupro cognitos iungit. Alias viragines facit, praesertim si in tropicis vel in erraticis ⟨signis⟩ vel in duplicibus vel in squamosis Venere constituta sic ad eam Luna, sicut diximus, pergat ipsa quoque in signis similibus constituta. Sed haec fortiori conci- 5
tantur ardore, si istum cursum Lunae Mars vel Saturnus quadrata vel [de] diametra radiatione respexerit vel si Venerem isdem coeperit radiationibus intueri. Fortiora haec autem erunt mala, si Venerem et Lunam in Saturni vel Martis domo sic, sicut diximus, constitutas sine oportuno testimonio Iovis Mars vel Saturnus quadrata vel diametra radiatione respexerit.

VII. LUNA AD MERCURIUM.

Si Luna ad Mercurium feratur et ei se cursus 1
sui radiatione coniungat et sit plena luminibus, faciet cordatos ingeniosos, oratores summa eloquentiae nobilitate fulgentes, praesertim si Mercurius in oportunis geniturae locis constitutus in signis suis vel in

3 hanc R[a] 5 errore M | *Orient. II 299 cfrt. Mueller* 6 praemiscuas MV 9 fribus M 14 *suppl.* A′ 15 duppl- P 16 ad eam A′] eadem 17 concitatur, *corr.* σ 19 *del.* QA′ | respexerit *bis, prius expunctum* R 20 ceperint PRV 26 ei se QA′] eis (ei V) 28 eloquentes, *corr.* A′

partibus suis fuerit inventus et eum Iuppiter trigonica
radiatione respexerit; tunc enim litterarum merito et
eloquentiae splendore maxima illis conferuntur in-
signia. Hi enim populi leves animos et turbulentis
seditionibus concitatos eloquentiae suae potestate com-
pescunt et furentes animos et perditi furoris indigna-
tionibus concitatos orationis suae possunt licentia
mitigare; scibunt computos, scibunt musicam, palae-
stricam semper exercebunt et caelestium ac divina-
rum disputationum secreta cognoscunt, ex quibus
occasionibus gloriae substantia et maximus illis de-
2 cernitur principatus. Si vero ⟨ad⟩ Mercurium sic
positum ⟨cum⟩ tali testimonio Iovis feratur Luna,
faciet rationibus praeponi fisci semper aut populi vel
certe tales reddit, quibus deposita vel a peregrinis
nationibus credantur; faciet etiam his pecuniarum
3 actus adsiduis conversationibus credi. Si vero deficiens
Luna ad Mercurium feratur, faciet malignos malitiosos
sceleratos, instabiles cupiditatibus, errore dubios et
qui omnia consilia multiplici genere erratica semper
dubitatione suspendant et qui actus suos adsidua com-
mutatione convertant et qui res sibi creditas abnegent
vel absconsas publicare desiderent et qui commissa
sibi consilia publicis delationibus deferant, inpostores
malitiosa semper cupiditate fallentes aut ⟨qui⟩ cum
effractoribus aut cum furibus conscientiam iungant,
vel certe ipsi erunt fures aut effractores; erunt sane

1 cum **MPR** 3 conferantur **MPR** 4 hii | turbulentos, *corr.* ϰ 5 eloquentiae—7 concitatos *om.* **P** | 7 possint, *corr.* **A** | licentiam **PR** 10 dispositionum ϰ 11 substantiam **MR** 12 *add.* **A'** 13 positus, *corr.* **A'** | cum *add.* ϰ | feriatur **P** 15 res posita, *corr.* ϰσ | peregrinationis **P** 16 rationibus, *corr.* ϰσ | cedam tum (tunc *ex* tum *uv.* **R**) uel credantur **MPR** credant uel credantur **V** | is 18 conferatur, *corr.* **A'** 19 errores, *corr.* σ; *nempe* instabili cupiditatis 20 multiplici genere σ *cl.* 229,6] multiplicentur 23 absconsa **M** 24 publicis ϰ] publicent his 25 qui *add.* **A'** 26 efractores (fr *ex*?) **R**

corpore debiles, languidi vitiosi et quos semper malitiosis humoribus aegritudo comparata debilitet.

VIII. LUNA SI AD NULLUM FERATUR.

Si vero Luna sic fuerit collocata, ut ad nullum 1
feratur nec alicui se stellae propria radiatione coniungat nec cardines benivolum sidus obsideat, faciet pauperes deiectos et qui ab omnibus sint necessariis destituti et quibus cotidianae vitae subsidia denegentur et qui ad sustinendam vitam semper aliena praesidia desiderent et qui [per] paupertatis angustiam misera mendicitate sustentent; erunt autem a parentibus ⟨in⟩ infinitum inferiores, corpus vero eorum debile languidum et adsidua macie confectum. Inpugnabuntur malignis humoribus et adsiduo tumore vulnerum fatigantur; sed illis intra cutem malignus humor semper inlapidatos articulos obligat, praesertim si per vacuum currens, quam Graeci cenodromon dicunt, a Saturno vel Marte quadrata vel diametra radiatione pulsetur vel si per vacuum currens tertio natalis die a Marte vel Saturno eadem, qua diximus, fuerit radiatione pulsata vel si malivolae in
cardinibus fuerint constitutae. Verum si sic currens, 2
idest per vacuum, benivolarum stellarum fuerit radiatione conventa, in prima aetate vacuos faciet semper et nudos, sed adsiduis facit laboribus fatigari et mi-

1 malitiores $\mathbf{P}^a$ 2 contracta κ 3 *inscr. verbosa in* **V** 5 prospera κ | coniungant **PR** 6 obsidet (optinet $\mathbf{V}^a$), *corr.* **v** 8 denegent, *corr.* **QA′** 10 per *om.* **P** 11 miseram mendicitationem (menditationem *et* ti *supra* ta **R**) **PR** mendicitatione **V** *possis igitur* mendicatione 12 *add.* **Q** 14 timore **MPR** 15 sed **A′**] se 16 inlapidatos σ] inlapidat; inlapsus κ, *at cf. Persius V 58 sq.* | articulus, *corr. Sittl* | obligati, *corr.* κ, *possis etiam* inlapidat articulos ⟨et erunt....vitiis⟩ obligati 17 per **A′**] super 18 saturnus **PRV** 19 pulset, *corr.* **v** | per] super **V** | currens *om.* **M** 20 quam **PR** 21 ratione **MPR** | ⟨stellae⟩ in **QA′** 24 conventa in prima **A**] conueniet infra 25 et nudos **M**] enudos **PRV** | sed si **P**

seriarum adsiduis rationibus quatit, maximis sudoribus et maximis laboribus praesidia quaerentes; et cum eos vicinos felicitatibus fecerit, a summo gradu caduca rursus facit deiectione delabi et interdum usque ad summum perductos non patitur plenam adprehendere felicitatem. Per vacua enim signa cursus suos dirigens primam aetatem facit miseris ac variis infortuniorum casibus implicari. Sed cum animum et corpus gravi infortuniorum continuatione quassaverit et multis iuventutem periculis fregerit et hac atque illac misera peregrinatione pertraxerit, tunc multorum bonorum et maximae felicitatis decernit augmenta, ut, quantum primae aetati fuerit infortuniis derogatum, tantum posteriori felicitatis conferatur.
3 Si vero per vacuum currens Saturno se postea vel Marti coniunxerit, infelices lunaticos caducos faciet et qui ⟨a⟩ prima aetate usque ad novissimam vario infelicitatis genere deprimantur; faciet pauperes miseros destitutos et quorum corpus sit ⟨pannis⟩ male pendentibus nudum, custodes sepulchrorum aut qui perpetui carceris poena cludantur.

IX.

1 Explicatis coniunctionibus Lunae et diligenti significatione monstratis ad aliam interpretationem transferatur oratio, ipsius scilicet Lunae, ne quid a nobis in tam subtilibus disputationibus praetermissum esse videatur, praesertim cum tota vitae substantia ex istius numinis cursibus colligatur.

1 rationibus *suspectum; velut* continuationibus *cl.* 44, 2. 210, 21 7 dirigens **A′**] dirigent **MV** diligent **PR** 9 continuatio *in fine lin.* **M** 12 maximas felicitates, *corr.* **A′** 13 ut] aut **M** | aetatis, *corr.* **v** | fuerut **M** | infortunis **PR** 14 tanto posterior felicitatibus, *corr.* **A′** 17 a *add.* **v** 19 *suppl. Dressel cl. VIII fol. CV col. 3 in.* 20 nudus, *corr.* **A′** | perpetuis **MPR** 27 praesertim—28 colligatur *om.* **V**

⟨A Saturno Luna ad Iovem.⟩ A Saturno de- 2
fluens Luna si se Iovis stellae coniunxerit vel ad
Iovem feratur, si crescens isti fuerit societati con-
iuncta, faciet locupletes divites copiosos claros nobi-
les, magnis populis vel magnis civitatibus praepositos;
aliis hereditates maximas, aliis thesauros, aliis maxima
dona largitur. Si vero fuerit minuta luminibus, nihil 3
tale decernit, sed facit procuratores curatores aut
quibus privatarum rerum tuitio credatur et qui pere-
grinis negotiationibus inmorentur aut gubernatores
aut naucleros aut vectigalium conductores reddit et
quorum actus circa aquam ius conductionis exerceant,
ut ex istis artibus parva illis substantia conferatur.
A Saturno Luna ad Martem. Si ⟨a⟩ Saturno 4
defluens Luna ad Martem se iungat plena luminibus,
valitudines et vitia decernit et prima iuventute faciet
interire; si vero minuta luminibus, matri longae ac
maximae aegritudinis tormenta decernit et quibusdam
eam facit vitiis obligari, sed et malae mortis eidem
matri discrimen inpingitur, ut adsidue vomens san-
guinem pereat; et ipsos facit, qui nati fuerint, miserae
orbitatis languoribus fatigari aut parentes eorum per-
petua dissensione dissociari. Sed et paternam et ma- 5
ternam substantiam varia laceratione dilapidat et ad-
sidua ferri illis vulnera infligit et tales decernit aegri-
tudines, ut curae gratia medela illis cauteriorum adusti-
onibus conferatur; facit etiam absconsarum partium

1 *suppl.* V 2 stella, *corr.* A′ 3 ista, *corr.* A 5 pupillis M uillis V 7 largitur *om.* P 10 negotiantibus MPR 11 nauclerios MPR | uestigalium P[a] 12 *post* aquam *nonnulla excidisse putat* κ | conditionis M 13 feratur, *corr.* Q 14 *inscr. om.* V | a *add.* V[b] | saturnus MPR 15 Martem ⟨feratur vel Marti⟩ se σ 18 aegritudines, *corr.* Qv | quosdam, *corr.* QA′ 19 ea V | facit eam M | eadem, *corr.* v 22 langoribus V 23 dissentione M | dissotii MR dissolutu P *corr.* VQ *possis* dissolvi 24 assiduas M (ads-) PR 25 inficit, *corr.* QA′ 26 gratiam R | medelam, *corr.* Q 27 partium σ] artium PR *om.* MV

adsiduos dolores aut longae aegritudinis labore demersos vitae munus implere aut facit biothanatos variis generibus interire; aut enim submersi fluentibus aut incensi depereunt aut laqueo se suspendunt aut gladio se [suspendens] extingunt.

6 A Saturno Luna ad Solem. Si ⟨a⟩ Saturno defluens Luna feratur ad Solem, maxima infortunia et maximas decernit calamitates; faciet enim insanos lunaticos caducos hydropicos elefantiacos; sed haec infortunia pertinaci adsiduitate perpetuat, ut usque ad ultimum diem vitae istis calamitatis laqueis implicetur.

7 A Saturno Luna ad Venerem. Si ⟨a⟩ Saturno defluens Luna Veneris ⟨se⟩ stellae coniungat, si crescens lumine fuerit, faciet magnos nobiles et potentes, felices locupletes et divites et magnae cuiusdam potestatis, saevos libidinosos et qui ex istis gravi pulsentur infamia. Si vero fuerit minuta luminibus, pravas amorum decernit inlecebras aut inpuris et inpudicis facit [in] libidinibus inplicari aut turpes actus adsidua continuatione decernit; sed nihilominus facit hos eosdem quaerentes et habentes maximas substantiae facultates et quibus pecuniarum praesidio et felicitas et potestas maxima comparetur.

8 A Saturno Luna ad Mercurium. Si ⟨a⟩ Saturno defluens Luna Mercurii ⟨se⟩ stellae coniunxerit

1 laborare **MPR** | decersos **P**[a] 3 submersit **M** | fluctibus *scripsit 121, 29* fluminibus *VII fol. XCVII col. 4 med. VIII f. CIV col. 1 med.* 5 *del.* **V** 6 *add.* **V** | saturnus **PR** 10 perpetua tutusque (totusque **M**), *corr.* **A** 11 istis (is *ex* us) calamitatibus implicetur **M** | implicentur **R** 13 *inscr. om.* **M** | a *add.* **V** | saturnus **PR** 14 se *add.* **VQA′** | coniunxerit (n *ante* x *ss.*) **M** coniungant **R** 16 cuiusdam *ϰ*] quidam **MR**[a] quidem **PR**[b]**V** 17 ex istis ⟨vitiis⟩ *ϰ* 19 prauos **R**[a] | et **A′**] aut | impudicitiis **PR** inpuditiis **M** 20 aut *post* facit **R** | in *del.* **V** 23 praedio, *corr.* **A′** 25 a *add.* **V** | saturnus **MPR** 26 *add.* **A′**

et sit crescens vel plena luminibus, facit obscuros et
absconsos et tacitos, secretarum et illicitarum litte-
rarum scios aut caelestibus religionibus occupatos aut
peritis computationibus interpretantes siderum cursus.
Facit etiam negotiationibus praepositos et liberalium
artium publicos magistros, facit oratores eloquentiae
splendore fulgentes aut medicos cunctorum testimo-
niis adornatos. Si vero fuerit minuta luminibus, aut 9
sonum vocis impedit aut aures obtundit, sed et corpus
eorum, qui sic habuerint, misera fatigatione debilitat;
facit melancholicos ictericos spleneticos thisicos hy-
dropicos pleumaticos et angusto meatu cum acerbo
doloris incommodo collectum vesicae stringit humorem.

X.

A Iove Luna ad Martem. Si a Iove defluens 1
Luna feratur ad Martem et sit nocturna genitura et
crescens Luna sic Martis societati iungatur, facit
magnos potentes, civitates vel regiones maximas suis
viribus optinentes, sed cum sollicitudinibus et cum
periculis istius decernit potentiae potestatem. Non
erunt tamen hi sine vitio aut valitudine, sed existunt
tales, qui facile cuncta patiantur, praesertim si in
principalibus geniturae locis Mars fuerit inventus;
quodsi in deiectis locis Marte constituto sic ad eum
Luna feratur, ignitas artes decernit, sed ipsos facit
humiles et abiectos et valitudines et vitia et malae
mortis discrimina frequenti ratione decernit. Si vero 2
per diem Luna a Iove defluat crescens et stellae se

1 sit crescens vel plena *x*] sic crescens uel luna 2 literarum **M** 3 socios (sot- **M**), *corr. Sittl* 4 syderum **MP** 5 liberarum **M** 8 fuerit *om.* **M** 10 *nempe* sic ⟨eam⟩ h. | habuerit **M** | debilitat *x*] destillat (di- **V**) 11 speneticos **PR** | tys|sicos **M** tysicos **PR** tisicos **V** 13 stricti (ti *ss.* **P**) tumorem **MPV** strictit umorem **R** *corr.* *σ* *cf.* *στραγγουρία* 17 sic **A′**] sit 18 potententes **R** 19 cum *alterum om.* **V** 21 hii 25 artes *om.* **M** 27 uero *om.* **V** 28 ad iouem **MPR** | stella se martis ad societatem (associata **V**), *corr.* **A′** *et* *xσ*

Martis adsociet, faciet [et] expositos, servos, misero
onere mendicitatis oppressos, vitiis ac valitudinibus
implicatos et quorum servitus captivitati sit similis
3 et qui vitam violenta morte deperdant. Si vero Luna
deficiens in nocturna genitura a Iove defluens feratur
ad Martem, primos claros faciet; et si Mars in prin-
cipalibus geniturae locis fuerit inventus et Luna mi-
nuta luminibus in nocturna genitura a Iove defluens
feratur ad Martem, faciet iudices duces et quibus
summum potestatis credatur imperium. Quodsi in
deiectis geniturae locis Mars fuerit inventus et sic,
sicut diximus, ad eum feratur Luna, faciet milites
athletas, aut qui ex igni et ferro quaerant sibi vitae
4 subsidia, aut medicos chirurgos facit. Si vero per
diem deficiens Luna et a Iove defluens feratur ad
Martem, paternum ac maternum patrimonium dissipat
et parentes in prima aetate eius perimit et onus ex-
tremae mendicitatis inponit, aliis vitium acerbi do-
loris infligit; facit interdum servos, interdum captivos,
plerumque biothanatos, praesertim si sic currente Luna
Mars in cardinibus geniturae fuerit inventus vel si in
anaforis vel cataforis; tunc enim, quae diximus, ...
cum in his locis constituto Marti Luna ista se socie-
tate coniunxerit.
5 A Iove Luna ad Solem. Si a Iove Luna de-
fluens feratur ad Solem, paternum ac maternum pa-
trimonium varia laceratione dilapidat et ipsos a pa-
rentibus alienat aut in longinqua peregrinatione con-
stituit, alios exules, alios fugitivos facit, aliis servitutem

1 et *del.* **A'** | misero] in utero **V** 2 mendacitatis **PR** 3 captiuitatem (-te **V**), *corr.* **Q** 4 depereant, *corr.* **Q** 6 primos *suspectum,* mimos *κ cf. Maneth. IV 280 V 104* 11 sic **V**] si 13 adhletas **P** atlethas **R** 17 perimit et *σ*] permittet 19 infigit **V** 22 *velut* fortiora erunt omnia 23 Marti *κ*] mart **M** marte **PRV** | se *om.* **M** 27 dilaceratione **V**

inhonestae captivitatis inponit, praesertim si in Saturni vel Martis domo Sol vel Luna fuerit inventa.

A Iove Luna ad Venerem. Si a Iove defluens 6 Luna feratur ad Venerem, quodsi sit crescens vel plena luminibus, faciet parentes nobili potestatis auctoritate praefulgidos et qui maximam fuerint potentiam consecuti, sed alienari a suis hunc, qui natus fuerit, cogit et cito eum orbum a parentibus facit, sed nihilominus etiam ipsi potentiam gloriam nobilitatemque decernit; sed haec omnia [verbo] processu largitur aetatis et ab uxoribus maximae felicitatis decernit augmentum. Facit etiam ipsos venustos gratos lepidos, et quibus ex gratia vel venustate potestas maxima comparetur. Si vero a Iove defluens ad Ve- 7 nerem feratur minuta luminibus et sit ⟨in⟩ principalibus vel in necessariis geniturae locis, infinita felicitatis incrementa decernit, et erit nimium felix, in cuiuscumque genitura sic fuerit inventa; decernit enim honores potentias fasces praetextas et magnificae potestatis insignia, et quibus a parentibus hoc dignitatis meritum conferatur, et in primo aetatis gradu positis potentissimae dignitatis ornamenta decernit, et ⟨ab⟩ uxore et mulieribus divitiarum et felicitatis facit incrementa conferri.

A Iove Luna ad Mercurium. Si a Iove de- 8 fluens Luna ad Mercurium feratur plena luminibus, facit criticos, idest bono iudicio, bonos benignos gloriosos; erunt enim aut exactores fiscalium praestationum aut religionibus praepositi aut iuris interpretes, ex quibus occasionibus maxima illis felicitas et divitiae maximae conferuntur, ut ipsa felicitas per omnia

1 onestae, *corr.* σ servitutis onus aut c. ϰ 4 ferat **P** | quodsi] si **A′** | sit **A′**] sic 7 tunc, *corr.* ϰ 8 morbus **MR**[a]**V** morbum **P** 10 *del.* **A′** | larg. proc. **V** 11 maxima, *corr.* **A′** 12 augmenta **P**[a]**V** 13 lepides **P** 15 *add.* **Q** 18 cuiuscumque *deficit* **V** 23 ab *add.* *Sittl* | mulieri **MPR** *fort.* vel muliere 27 tritticos, *corr.* **A′** | iudici, *corr.* ϰ 30 ex **A′**] et

9 vitae spatia perseveret. Si vero minuta lumine a Iove defluens feratur ad Mercurium, ex litteris vel ex disciplina aliqua aut ex horreis et ex negotiationibus faciet vitae substantiam vel subsidia quaerentes; quidam hereditates aliquas consecuntur, alii. . . . invenient, alii commendatas sibi res abnegant, ut ex ista perfidia patrimonii sibi praesidia comparent.

10 A Iove Luna ad Saturnum. Si a Iove defluens Luna ad Saturnum feratur et sit crescens vel plena luminibus, faciet ab extraneis adoptari vel ipsos alienae subolis patres aut minorum tutores vel procuratores facit; alii expositos vel subtractos filios post multum temporis spatium invenire coguntur. Erunt aquosis semper atque humidis actibus implicati aut adsiduis peregrinationibus [vel peregrinantibus] errantes aut peregrinarum mercium gratia navigantes, ut ex ista conversatione vitae illis praesidia quaeran-
11 tur. Si vero minuta luminibus a Iove defluens ad Saturnum feratur, aut exponi faciet aut onus servitutis inponit aut infortunium miserae captivitatis indicit aut alia vitia aut valitudines facit, ut omnis vita eorum gravi doloris acerbitate confecta cito finem miserae mortis incurrat. Quodsi nocturna genitura fuerit et Luna minuta luminibus a Iove defluens ad Saturnum feratur, facit quolibet genere biothanatos interire.

XI.

1 A Marte Luna ad Solem. A Marte defluens Luna si feratur ad Solem, maxima vitia valitudinesque decernit et breve vitae tempus tribuit et facit biothanatos interire et generaliter maxima infelicitatis

1 spacium **MR**[a] 3 negotiatiationibus **M** 5 absconsas res *suppl. Némethy cl. 218,31. 226,4.* 11 patris **M** 15 *del.* **A'** 17 ut] aut **P** | nauigatione **P**[a] 23 incurrit **P** | noturna **R** | genitura *om.* **MP**, *expunxit* **R** 30 breve vitae *Sittl*] breuitate

decernit incommoda. Quosdam vero sic posita facit in extraneis et in peregrinis finibus interire.

A Marte Luna ad Venerem. Si a Marte de- 2
fluens Luna feratur ad Venerem et sit crescens vel plena luminibus, facit adulteros libidinosos amatores et veneriis semper cupiditatibus deditos, frequentibus periculorum casibus implicatos; exercebunt autem artes aut pigmentorum et aromatum aut lapidum et margaritarum, et fiunt frequenter ex ista Lunae societate tinctores; metalli etiam cuiusdam commercia tractabunt et fiunt pro signorum vel locorum qualitate copones, ut ea, quae ad victum et potum sunt necessaria, famosis et publicis mercimoniis praeparent. Si vero a Marte defluens minuta lumine sic feratur 3
ad Venerem, efficaces beatos felicesque faciet, sed divites; hi sane mulieres sollicitabunt, et auferunt locupletes, sed [in] alieni iuris uxores, ex quibus comparabuntur illis maxima felicitatis insignia; nam per has mulieres honestantur maximo dignitatis ornatu, praesertim si sit nocturna genitura. ⟨Si vero diurna fuerit genitura⟩, faciet laboriosos et variis operibus inhaerentes et qui ob res venerias frequenti pulsentur infamia et quos semper promiscuae libidinis vota sollicitent.

A Marte Luna ad Mercurium. Si a Marte 4
defluens Luna ad Mercurium feratur plena lumine in nocturna genitura, milites faciet et athletas, gloriosos interdum, alios publicis et gloriosis officiis praeponi, sed erunt maligni malitiosi et quorum cupiditas ad omne facinus per dies singulos crescat; erunt enim

3 uen **P**] solem **MR** | a *om.* **PR** 4 sit **A′**] si 6 ueneris, *corr.* σ 12 compones **P** 13 mercimoniis **A′**] mercis bonis 14 ~~luna~~ *post* defluens **M** 16 hii **P** | sollicitarunt, *corr.* **a** 17 in *del.* κσ | uiris **P** 20 *suppl.* κ 22 uenerarias **PR** 24 sollicitet, *corr.* **Q** 26 mert *uv.* **M** 27 noturna **M** | adhletas **P** ahletas **R** 29 magni, *corr.* **A′** 30 enim] autem **P**

aut carnifices aut spiculatores et quibus deferendi licentiam publica committat auctoritas. Si vero per diem ista se Luna societate coniungat et sit plena lumine, decernit miserae damnationis incommoda, ut sententia iudicis deportari cogantur et fiant ex ista
5 damnatione biothanati. Si vero minuta lumine in diurna genitura a Marte defluens ad Mercurium feratur, infinitorum †inmensum decernit cupiditates; facit enim grassatores latrones, sed qui in isto deprehensi facinore severa iudicantis animadversione plectantur; alii premuntur cadentium ruina tectorum, alios a rectae vitae cursu mutat insania. Si vero fuerit nocturna genitura, faciet carceris praepositos custodiarumque custodes et qui ex hoc officio patrimonii sibi substantiam comparent; erunt sane amatores navium et athletarum et qui quadrupedia animalia adsiduis officiis prosequantur. Habebunt sane vitia et adsiduis periculorum incommodis deteruntur.

6 A Marte Luna ad Saturnum. Si a Marte defluens Luna plena vel crescens ad Saturnum feratur, ⟨facit⟩ tardos pigros et qui ad nullos actus possint proficere et qui nihil ex his, quae desiderant, consequantur. Matrem vero aut viduam reddit aut vitiis aut valitudinibus inplicatam, sed hanc eandem malae mortis fine perimit, ipsorum patrimonium adsiduis lacerationibus dissipat, facit eos variis vitiis implicari.
7 Si vero deficiens lumine a Marte defluens ad Saturnum feratur, fames aegritudines valitudinesque decernit; facit lunaticos aemorroicos, claudos paralyticos, gibberosos oligochronios aut, si nihil horum fuerit,

5 iudiciis, *corr.* **A′** | deputare, *corr.* ϰ *tolerabile* sententiae i. deputari 7 a *om.* **MPR**^{a} 8 immensa **P**^{a} criminum ϰ 9 enim] etiam **M** | crassatores **PR** 12 cursu mutat *Sittl*] cursum ut ad 13 *nempe* carceri 14 sibi **a**] sui 15 sust- **R** 16 adhletarum **P** 18 icommodis **P** | decernuntur, *corr.* σ 21 *add.* **A′** 22 proficiscere **P**^{a} 23 reddidit **M** 29 clodos **M** | paraliticos **MR** 30 gybberosos **P** | oligochronos **MR** eligochronus **P**, *corr.* **A′** | fuerit *ut 225,14 V fol. LXVI col. 2 in. cf. tamen 220,5*

facit biothanatos. Quorundam vero matres aut patres
pro signorum qualitate aut vitiis oppressos ante per-
imit aut facit biothanatos interire.
A Marte Luna ad Iovem. Si a Marte defluens 8
Luna plena vel crescens lumine ad Iovem feratur in
oportunis geniturae locis, facit duces ducentes exer-
citum potentes imperiosos, et qui sint omni ratione
terribiles et qui provincias civitatesque potentiae suae
potestate possideant. Erunt sane divites locupletes
pecuniosi et qui omnia, quaeque volunt, facillimis ra-
tionibus consequantur et qui sint in omnium certa-
minum conflictatione victores. Si vero sit minuta 9
lumine et sic a Marte defluens ad Iovem feratur, fa-
ciet publicis quibusdam certaminibus destinatos, sed
qui semper praeconio bonitatis ornentur; aut glorio-
sos milites facit et his adsidua felicitatis incrementa
decernit et hos eosdem crebris honorum promotioni-
bus †late patet et variis facit generibus gloriosos;
latentia tamen vitia infligit et frequentibus faciet va-
litudinibus implicari.

XII.

A Sole Luna ad Venerem. Si a Sole defluens 1
Luna feratur ad Venerem et sit diurna genitura, faciet
steriles et qui subolem generare non possint, et qui
difficile coniugalibus copulentur adfectibus; aut enim
steriles aut anus aut ancillas et ipsas nihilo minus
steriles uxores ducunt aut puerorum turpes ac mi-
seros coitus sectantur, ex qua causa filiorum illis
soboles in perpetuum denegetur. Erunt sane prae-
posteris amorum vitiis obligati aut inpuris aut turpi-

2 peremit **PR** 4 iouen **M** 5 Iovem **A′**] martem 6 *possis* ⟨prospere⟩ *sive* ⟨magnum⟩ ducentes 10 quaeque *cf. 80, 5. 111, 23 Arch. VII 476 VIII 180* 11 omni *κ* 13 lumine *om.* **M** 14 publicis *om.* **M** 16 felicitaris **P** 17 honerem **R** onerem **P** 18 generabus **R**[a] 24 possunt **M** 25 dificile **M** 28 ex **A′**] aut 29 suboles **PR** 30 armorum **M**

bus cupiditatibus dediti, servilibus semper studiis et servilibus actibus occupati, facultates nimias comparantes et per semetipsos vitae sibi subsidia maxima quaerentes, et qui felicitatis augmenta processu tem-
2 poris consequantur. Si vero per noctem a Sole defluens feratur ad Venerem, multas decernit uxores, facit communes gratos acceptos et magnos actus et magnas decernit facultates; erunt nobiles gloriae splendore fulgentes. Facit autem imperiosos potentes divites et quibus maxima felicitas conferatur, praesertim si nullum eorum Saturnus quadrata vel diametra radiatione pulsaverit. Tunc autem haec felicitas et hi honores decernuntur, si in necessariis genituraeae locis fuerit ista coniunctio.
3 A Sole Luna ad Mercurium. Si a Sole defluens Luna ad Mercurium feratur et sit diurna genitura, facit in vita et actibus periculosos et moribus malis et sacrilego semper errore praeposteros et [qui] divinitatem negantes; sed hi tamen etiam commen-
4 datas res sibi abnegant. Si vero per noctem a Sole defluens Luna ad Mercurium feratur, facit publicos [vel] tabelliones, ex quibus litteris quaerant vitae subsidia; erunt tamen ex hoc studio in suis civitatibus ornati et qui omnibus eiusdem negotii viris cunctorum iudiciis praeferantur. Frequenter tamen, si eos Iuppiter trigonica radiatione respexerit, curam civitatis tuitionemque suscipiunt. Erunt autem difficilium litterarum aut sophiae cuiusdam inventores aut caelestibus religionibus dediti et quibus divinitatis secreta credantur aut absconsarum aut inlicitarum litterarum actibus inhaerescunt; alii absconsas res inveniunt, aliis

2 facultatibus nimia, *corr.* *x* 7 acceptos magnos **M** 11 deorum, *corr.* **a** 13 hii 18 magis **M** | et sacrilego **A′**] ex agri loco | *del.* **A′** 19 hii (qui *σ*) | tamen *om.* **A** | condempnatas, *corr.* **A′** 22 vel *del.* **A′** | ex quibus **A**] et a quibus | quaerunt **P** 23 tamen *om.* **M** 24 negotiis **PR**^{a} | uires, *corr.* **A** 26 trigoni **MR**^{a} 30 aut [illegible] **A** 31 inherescant, *corr.* **A**

confertur hereditas, si tamen alieni ab his fuerint
Mars pariter et Saturnus.
A Sole Luna ad Saturnum. ⟨Si a Sole de- 5
fluens Luna ad Saturnum⟩ feratur et sit diurna ge-
nitura, patrimonium dissipat, parentes dividit et ipsis
miserae orbitatis indicit incommoda, sed processu
temporis ipsis maximam decernit substantiae facul-
tatem et magnarum felicitatum tribuit augmenta et
multorum fundamentorum dominia largitur. Si vero 6
per noctem ⟨a Sole⟩ defluens Luna ad Saturnum fe-
ratur, orbitates ⟨indicit et⟩ patrimonia minuit et ma-
larum peregrinitatum decernit incommoda, facit etiam
gravia vitia et graves valitudines aut periculorum
gravium et violentorum facit casibus implicari.
A Sole Luna ad Iovem. Si a Sole defluens 7
Luna feratur ad Iovem et sit diurna genitura, a pa-
rentibus fortunae et felicitatis largitur insignia; qui-
dam regiones aut civitates maximas obtinebunt, erunt
tamen ultra modum beneficio felicitatis ornati. Si 8
vero per noctem a Sole defluens ad Iovem feratur,
faciet per semetipsos sibi facultatum substantiam
comparantes et qui sint adsiduis peregrinationibus
dediti, sed hos in prima iuventute decipit et, cum
fuerint †eorum provectu temporis aetatis, glorias
commendationes †bonitas et idoneas decernit sub-
stantiae facultates.
A Sole Luna ad Martem. A Sole defluens 9
Luna si feratur ad Martem et sit diurna genitura,
parentes eius celeri morte prosternit, ut sic ipse or-

3 A] Si a **M** | *suppl.* **v** 4 Geratur (G *colore violaceo, non ut solet rubro*) **P** eratur **R** 7 substantiam, *corr.* **Q** 10 *add.* **v** 11 orbitatis **MP** | *suppl.* **A′** (decernit et) | malorum (mala **Q**) 13 ualitutidines **M** 15 defluens Luna *om.* **M** 17 infelicitatis, *corr.* **A′** 20 a *om.* **M** 21 sustantiam **R** 22 comparentes $\mathbf{R}^a$ 24 in provecta temporis aetate *x* *cf. 101, 9. 225, 13* 25 bonas **A′** *an* honestates? *cf. 192, 1* nobilitates *σ* | substantiae *x*] subsidię $\mathbf{MR}^a$ subsidii $\mathbf{PR}^b$ 27 mercurium **M** | defluens *bis* **R** 29 sic *suspectum; latetne* miserae?

bitatis onere deprimatur. Pereunt autem parentes ex ista coniunctione frequenter biothanati; et ipsis, qui nati fuerint, decernit vitiosas luminum caecitates aut facit eos amputata parte corporis debiles aut in prima eos perimit aetate vel, si nihil horum fecerit, facit
10 biothanatos interire. Si vero per noctem a Sole defluens Luna feratur ad Martem, facit violentos crudeles et qui periculosa semper facinora committant, aut facit vitiis et valitudinibus implicatos. Actus tamen publicos militiamque decernit aut athletas facit gloriosos pariter et. . . ., praesertim si Mars ⟨et⟩ Luna in necessariis geniturae locis fuerint inventi. Si vero in deiectis locis fuerit ista coniunctio ⟨sine benivolae stellae⟩ testimonio, patrimonium minuit, orbari a parentibus facit, humilitat vitam, vitia valitudines decernit aut certe facit biothanatos interire. Actus vero aut ex igne aut ex ferro aut ex metallo facit aut tales certe, ut sempiterni laboris continuationibus deterantur.

XIII.

1 A Venere Luna ad Mercurium. A Venere defluens Luna si ad Mercurium feratur, si sit crescens vel plena luminibus, defensores vel procuratores facit nobilium feminarum et qui mulierum praesidio ordinem aliquem promotionis accipiant; erunt tamen aut tinctores aut margaritarii aut aromatum inventores, musici frequenter et medici aut athletarum principes et magistri, sed libidinosi et adsiduis amorum cupiditatibus sublevati, grati tamen et circa venerios coitus

1 eius ex **M** 3 decerni **MR**ᵃ 4 in prima **A'**] p̄mit 8 commitant **M** 10 malitiamque, *corr.* **A'** | adletas **M** adhletas **P** 11 et *prius om.* **M** | et *add.* **Q** *an huc transferendum* pariter et*?* 13 *similiter suppl.* **A'** 15 uitia et **Q** 17 fero **R** 18 deterrantur **P** 22 luna defluens **M** 24 ordinem] honorem *σ* 26 armorum, *corr. Mueller cl. 169, 3 al.* 27 adletarum **M** adhletarum **P** 28 amatorum, *corr.* **Q** 29 gratis, *corr.* **A'**

amabiles. Si vero a Venere defluens minuta lumine 2
ad Mercurium feratur, vitia impuritates valitudinesque decernit, actus vero varios multiplicesque faciet: aut oratores aut tornatores aut plastas aut sculptores faciet <aut> pigmentarios aut coloris repertores aut farmacopolas aut popinarios facit et qui alienarum voluptatum et delectationum curam sollicitudinemque sustineant.

A Venere Luna ad Saturnum. Si a Venere 3
defluens Luna ad Saturnum feratur, si sit crescens aut plena luminibus et sit nocturna genitura, aut provectae aetatis dabit uxorem aut publicam mulierem ad consortium tori genialis adducit aut ex adfinibus aliquam sortitur uxorem, ut praesidio tamen coniugii honoris principem locum et incrementa dignitatis et promotionis insignia consequatur. Si vero a Venere 4
minuta defluens Luna in diurna genitura ad Saturnum feratur, facit passivis libidinum cupiditatibus notos et vitiosis voluptatibus deditos et qui ex libidinosis actibus crebra pulsentur infamia; erunt sane turpes erratici et servili deiectione miseri, locatores meretricum aut certe lenones. Si vero mulieris sit ista genitura, erit publica meretrix et quae vitae subsidium in publico constituta loco pudoris iactura quaerat corpore. Si vero a Venere defluens in nocturna ge- 5
nitura minuta luminibus ad Saturnum feratur, aut steriles aut eunuchos aut archigallos aut hermafroditos faciet aut certe tales, qui muliebria pati miserae libidinis cogantur ardore; erunt sane oligochronii aut

1 min. **MR** minuto **P** minuta **QA′** 4 oratores] ornatores *Mueller cl. 139, 23. 231, 8; an* aut or. *del.?* | tortores, *corr.* *κ* 5 *suppl.* **A′** | colorum **A′** 6 forma copalas **M** formacopulas (o *supra* u) **P** formacopules (o *supra* u, a *supra* e) **R** | papinarios **P** 12 da|dabit **M** 13 thori **P** tori (h *supra*) **R** 14 aliquem **P** | ut] aut **P** 18 natos, *corr.* *σ* 21 defectione, *corr.* **a** 25 corporis, *corr.* *κσ* | generura **R**[a] 27 ermafrodito **M** 28 mulebria **R** | patri **P** 29 oligochroni

6 biothanati. Si vero a Venere defluens minuta lumi-
nibus per diem ad Saturnum feratur, faciet vitiosos
et debiles et quos malignus semper humor infestet;
circa aquam tamen dabit actus, sed qui miseris labo-
rum continuationibus defatigant. Aut enim ex altis
puteis cotidiano opere aquam levare coguntur ⟨aut⟩
iubentur adsidue lacunas cluacasque purgare aut erunt
hortulani, sed miseri, aut nautae aut aquarii aut pisca-
7 tores aut urinatores. Sed hos actus signorum fre-
quenter qualitas mutat; faciet enim bubulcos armen-
tarios equarios pastores et qui iumentorum stabula
purgare vel mundare iubeantur, sepulchrorum etiam
facit plerumque custodes aut certe pollinctores facit,
qui sepeliendorum hominum curam cunctorum iudicio
consensuque suscipiant. Sed haec pro locorum vel
signorum varietate decernit, de qua varietate etiam
in aliis apotelesmatibus plenissime diximus.
8 A Venere Luna ad Iovem. Si a Venere de-
fluens Luna ad Iovem feratur, faciet magnos potentes
et nobiles, civitatibus praepositos, quosdam vero facit
praesidio mulierum sublevari; erunt sane grati venusti,
erunt tamen amatores mulierum et qui venustatis
9 gratia omnia, quae desiderant, consequantur. Si vero
defluens a Venere minuta lumine ad Iovem feratur,
de muliebribus personis dabit subsidia facultatum et
reddit tales, quibus a prima aetate ⟨a⟩ parentibus
felicitatis et gloriae gratia conferatur; aliis here-

6 *suppl.* **A′** 7 cunas, *corr.* **v** latrinas *VIII fol. CVII col. 4 ima* | et clucas **M** ducasque **P** clucasque **R** 7. 8 ortulani erunt **M** 10 mutata, *corr. Sittl* 11 equitarios, *corr.* *x* equinarius *VIII fol. CV col. 4 ima* 12 sepulchorum **R** sepulhrorum **P** 13 certe *x*] late | polinatores **M** pollinatores **P** pollinatores **R** 15 hoc **M** 18 solem **MR** 22 *an* etiam? 23 desiderauerint **M** 24 a uen defluens **M** 25 mulieribus, *corr.* **Q** | *post* subsidia *del.* feminarum **M** 26 quibus **Q**] primus | a *add.* **Q** 27 gratia **R**] gloria **M** gratię **P** | conferatur **Q**[a] **A′**] consequantur **M** conferantur **PR**

ditates dabit, alios lucra maxima invenire compellit aut in templis honorata decernit officia.

A Venere Luna ad Martem. Si a Venere de- 10
fluens Luna ad Martem feratur in diurna genitura et
sit Luna crescens vel plena luminibus, amoris alicuius
instinctu miserae calamitatis decernit exitia et ob hoc
grave periculorum discrimen indicit, ut et ad custo-
diam carceris et ad damnationis discrimen accedant
et qui propter hoc biothanata morte depereant. Alios
faciet exspoliari, alios subiugari; alios facit misero
oneri captivitatis addici, pro locorum scilicet et ⟨sig-
norum⟩ potestate. Si vero a Venere defluens Luna 11
per noctem ad Martem feratur et sit crescens vel
plena luminibus, facit artificiosos, violentos semper
et callidos et qui vitiis et valitudinibus implicentur.
Si vero a Venere defluens Luna in nocturna genitura
feratur ad Martem, faciet homines terribiles et po-
tentes, qui regiones maximas suis virtutibus ac pote-
state subiugent, praesertim si in horoscopo vel in
quinto ab horoscopo signo aut Mars fuerit aut Luna.
Si in ceteris locis fuerit ista coniunctio, aut artificiosos
facit aut athletas aut milites, sed qui adsiduis peri-
culorum casibus implicentur. Si vero a Venere de- 12
fluens minuta lumine in diurna genitura feratur ad
Martem, patrimonium misera laceratione dilapidat et
ipsos facit deiecta humilitate miseros et vitia valitu-
dinesque decernit, alios facit exules, alios in fugam
vertit, aliis onus servitutis inponit, alios in primo
vitae cursu perimit. Facit plerumque biothanatos
mulierum causa vel propter amoris alicuius inlecebras;
ob hoc enim insidias pericula damnationesque decernit.

1 aliis, *corr.* **Q** | inuenere **PR** | copellit **R** 2 honarata **R**[a] 6 calamitiatis **R** 8 crimen, *corr.* *σ* | accendant **PR**[a] 10 e faciet **M** | expoli, *corr.* **A'** 11 onere, *corr:* *Sittl* | *add.* a 16 *nempe* Luna ⟨minuta lumine⟩ 20 *nempe* septimo | aut *prius om.* **M** 22 atlethas **M** adhletas **P** | sed qui ad qui **M** 26 deiecta *om.* **M** 28 primos uitae cursus, *corr.* **A'** 29 plurumque **R** 30 causas **MR**[a]

13 A Venere Luna ad Solem. Si a Venere defluens Luna feratur ad Solem, parentes acerba dissensione dissociat aut ipsis onus miserae orbitatis indicit, patrimonii et vitae decernit angustias, inpuros facit et qui miseris amorum ⟨vitiis⟩ obligentur; sed cum primum [in] iuventutis tempus exierint, processu temporis augmenta patrimonii ⟨et quic⟩quid desideraverint......

XIV.

1 A Mercurio Luna ad Saturnum. Si a Mercurio defluens Luna plena lumine ad Saturnum feratur et sit diurna genitura, aut balbos facit semper aut surdos aut verba eorum tardo sono vocis inpedientur. Habebunt autem actus aut ex rationibus aut ex magisteriis aut ex negotiationibus aut ex peregrinationibus aut ex verborum interpretationibus et secreta caelestia semper insinuant; alii aquarum vel carceris custodiarum curam tuitionemque suscipiunt,
2 ut ex istis actibus vitae illis subsidia quaerantur. Si vero per noctem ⟨a⟩ Mercurio defluens Luna plena lumine ad Saturnum feratur, faciet circa aquam semper adsiduis laboribus fatigari, operarios sempiternis laboribus deditos et qui corpus suum ad opus aliquod locare consueverunt, laturarios humeris ac dorso subsidia quaerentes. Alios in custodia constituit, alios intrudit in carcerem, alios publicis iudiciis opponit; alios damnari, alios squalore carceris et publicarum custodiarum oppressos sordibus comatos ac deformes

1. 2 l. d. **P** | dissentione **M** 3 miserae *Sittl*] scire (dirae **QA'**) 4 patrimonium, *corr.* **A'** 5 armorum, *corr.* **A'** | *suppl.* ϰ | ligentur, *corr.* ϰ *cf. 217, 30* 6 *del.* **A'** 7 *suppl.* **A'** 10. 11 ad merc **M** 13 et surdos **M** | impedient (inp. **R**), *corr.* **A** 14 habebunt auctus **M** 17 aliquarum, *corr. Sittl* 20 *add.* **A'** | mero *uv.* **M** | pleno **M** 21 facient, *corr.* **A'** 22 sempiternos **M**[a]**PR** 24 laturanos (-ios **R**), *corr. Salmasius Plin. exerc. 239 b E* | dorso **A'** (*ubi add.* vitae)] dorsum ac 26 instruit in carcere, *corr.* **A'** | aliis **M**[a] | pudicis, *corr.* **A'** 28 sortibus **M**[b]**PR** | conatos, *corr.* σ *cf. IV 19, 17. 24, 9*

faciet interire, praesertim si in malivolarum stellarum
signis fiat ista coniunctio. Si vero a Mercurio de- 3
fluens Luna minuta lumine ad Saturnum feratur,
faciet mendicos pauperes, pannis obsitos et miserae
egestatis calamitate demersos, alios servire in templis
facit, alios vaticinari compellit. Facit plerumque lu-
naticos aut sacrarum valitudinum vitia decernit, facit
caducos et misera commotione dementes. Si vero a 4
Mercurio per noctem defluens Luna minuta lumine
ad Saturnum feratur, aut exponi facit aut squalorem
miserae servitutis inponit aut onus acerbae captivi-
tatis indicit; etiam maximas valitudines aut vitia de-
cernit aut in prima aetate temporis perimit aut facit
aliqua ratione damnari; quodsi nihil horum fuerit,
facit biothanatos interire.

A Mercurio Luna ad Iovem. Si a Mercurio 5
defluens Luna ad Iovem feratur, faciet magnos po-
tentes, quibus imperatorum litterae ac secreta credan-
tur aut qui regias opes regiosque thesauros fideli tu-
tatione custodiant et qui in regia domo iubendi vel
disponendi habeant potestatem; facit plerumque ma-
gistros nuntiosque regum, sed et neocoros aut pro-
phetas facit aut principes sacerdotum, ut ex istis
honoribus aut ex his occasionibus maxima illis felici-
tatis conferantur insignia et ut ex his actibus poten-
tium divitiarum incrementa conquirant. Si vero a 6
Mercurio defluens minuta lumine Luna ad Iovem fe-
ratur, aut rationibus praeponit aut ex fenore negotia-
tionibus facit esse praepositos aut facit actores et
tales, quibus publica vel fiscalia instrumenta credan-
tur, aut ponderibus publicis aut fiscalibus facit prae-

1 im **R** 2 ad merc | per noctem defluens **M** 3 feratur aut ẹxpọnị **M** 5 egestatis **A′**] gestis *cf. 229, 11. 241, 2;* vestis *ϰ* 6 uaginari, *corr. σ cf. 233, 25* 12 ualitutidines **M** 16 Si a marc **PR** 19 fidei, *corr. ϰ* | tuitione **P** *fort. recte* 22 ineorocos **M** ineocoros **PR** *corr.* **A′** 23 ut] aut **M** 25 potentiạrum **M** 27 marc **PR** 28 fenori 29 auctores **M**

poni aut privatarum litium iudices facit et ex his actibus maxima facultatum incrementa decernit, sed et felicitatis largitur insignia; aliis hereditates decernit, alios res depositas et absconsas invenire compellit, apud alios res commendatae remanent et apud eos sine fraudis vitio perseverant, ut ex istis rebus gloria et substantia illis et magna felicitas comparetur.

7 A Mercurio Luna ad Martem. A Mercurio defluens Luna si feratur ad Martem in diurna genitura et sit Luna crescens vel plena luminibus, faciet inreligiosos periuros fallaces et quorum malitia ad omne facinus per dies singulos crescat. Erunt effractores fures et qui templa sacrilego furore semper expilent; erunt latrones homicidae et ad neces hominum semper armati; sed in his comprehensi facinoribus custodiae vinculis carcerisque traduntur et gladio severa iudicis animadversione plectuntur aut quolibet genere ob haec facinora biothanata morte depereunt.

8 Si vero sit nocturna ⟨genitura⟩ et a Mercurio defluens Luna plena vel crescens feratur ad Martem, facit duces ac tribunos militum, sed terribiles et tyrannicis potestatibus sublevatos, vel defensores aut praesides civitatum, sed qui numquam in istarum potestatum licentia perseverent et qui vario genere semper offendant; quorum alii vertuntur in fugam, alii in exilium dantur, alii biothanati intereunt, praesertim si in princi-
9 palibus geniturae locis Mars et Luna fuerint inventi.
Si vero in deiectis geniturae locis a Mercurio defluens

1 priuitarum **PR** | et *Sittl*] aut 2 sed et *Sittl*] credet 4 depositas et **A**] depositas sed **M** deposita sed **PR** 5 aput *utroque loco* **M** 7 substantia illis et magna substantia et felicitas **M** 9 A merec defluens **M** 16 cophensi **P** 17 carcerique *x* | gladio **R** *cum ras. post* o] gladios **MP** | severa **A'**] uera 18 iuditiis **M** iudiciis **P** 20 *add.* **QA'** 22 milites, *corr. Sittl* 24 sed *Sittl*] aut 26 uertantur, *corr.* **a** 29 defectis, *corr.* **A'**

Luna in nocturnis genituris [locis] plena lumine feratur ad Martem, parricidalium scelerum facinora decernit. Aut enim filios suos parricidali perimunt furoris amentia aut illos ad fraternas neces furor praeposterae cupiditatis inpingit aut parentibus per ipsos parricidale infertur exitium aut adfines suos iugulant aut aversi coniugales adfectus genialem torum sanguine laniatae coniugis polluunt, ut omnifariam vario furoris instinctu parricidali grassentur insania; sed haec pro locorum ac signorum varietate decernuntur. Mors vero eorum violenta erit semper aut publica; aut enim propter servos aut propter personas in custodiam redactas aut propter damnatos homines grave illis periculorum discrimen infertur et propter hoc damnati publica morte depereunt. Si vero minuta 10 lumine in diurna genitura a Mercurio defluens feratur ad Martem, faciet falsarios maleficos et effractores, fures aut latronum conscios et receptores; ex quibus criminibus aut in custodia constituuntur aut severa animadversione damnantur. Alii fiunt publici carnifices et quibus publicarum animadversionum officia credantur, aut exceptores personalium causarum fiunt aut ⟨qui ....⟩ officia pertractent, aut adiutores fiunt huiuscemodi hominum, et damnatorum aut carceris publici fiunt ex ista coniunctione custodes. Si vero 11 minuta lumine a Mercurio defluens Luna feratur ad Martem in nocturna genitura, aut milites ⟨facit aut⟩ custodes armorum aut athletas aut quibusdam certa-

1 geniturae locis, *corr.* *κ* | pluna **R** 4 ad **QA′**] aut 5 parentibus *geminat* **M** 6 exitium **QA′**] auxilium 7 aversi] *Paul. Nol. ind. et XIX 184 cft. Mueller* aversati *Sittl* | genialaem h torum *ex* genia lam̄torum **P** torum **R** 8 coniugalis, *corr.* **A′** 10 cernuntur, *corr.* **A′** 11 publica *σ*] plicta **MPR** (*in quo* i *erasum*) 16 a *om.* **P** 20 animaduersatione **R** | fiunt publici f″iunt **P** fiunt — 22 causarum *post* adiutores *l.* *23 repetit sed del.* **R** 21 animaduersionis, *corr.* *Sittl* 23 *lac. statuit* *κ* | fiunt *om.* **P** 26 luna *om.* **M** 27 *suppl. Mommsen* 28 adhl-

minibus destinabit, efficaces terribiles famosos et quo-
rum officium ad omnium †crebrorum notitia movere
12 perveniat. Quodsi in horoscopo vel in quinto ab
horoscopo loco Marte vel Luna constituta fuerit ista
coniunctio, facit eos violento quodam genere mortis
extingui. In ceteris enim geniturae locis vitia vali-
tudines pericula et laboriosos actus et adsiduas vigilias
aut violenta quaedam negotia decernit. Sed haec
omnia, sicut frequenter diximus, ex signorum diver-
13 sitate variantur. In signis enim ⟨erraticis⟩ vel in
tropicis constituto Marte si a Sole vel a Mercurio
defluens Luna in malivolarum stellarum signis con-
stituta feratur ad Martem per diametrum vel quadra-
tum, aut si se illi vicina aut partili societate coniun-
xerit, faciet pellarios coriarios caligarios, coquos aera-
rios, ex igni vel ex ferro artes suas officiaque com-
plentes. Si vero in Veneris fuerit signis ista coniunctio,
faciet linteones tinctores plastas aut tabernarios. Si
vero in Mercurii aut in Martis domo fuerit ista con-
iunctio, amatores armorum aut palaestrae facit et
publicorum negotiorum officia tractantes. Si vero in
domo Iovis fuerit ista coniunctio, tribunos duces ac
magnarum legionum praepositos aut civitatum vel
14 provinciarum praesides facit. Si vero in domo Sa-
turni fuerit ista coniunctio, gravia misera et scelerata
decernit officia; aut tortores enim aut carnifices aut
delatores faciet aut bestiarum venatores et Marsos
tales, qui aspides venari consueverunt, agrestium pe-
corum vel bestiarum magistros faciet, alios piscatores,

1 destinauit, *corr.* **A'** 2 notitiam **M** omnium notitiam crebro rumore ϰ *cf. 165, 27. 261, 4* 3 peruenıant, *corr.* **A'** | quinto] *nempe* septimo 4 mar. **M** mart **PR** *unde* Mars **A'** 5 coniuncta, *corr.* **A'** | uiolentos **M** uiolentos **PR** 6 *post* enim *im.* in *add.* **M** 9 uarietate **M** 10 generantur **P**[a] | *suppl.* ϰ 14 illa **P**[a] | coniuncterat **M**[a] 15 calligarios, *corr.* **v**; *fort.* gallicarios *cf. 173, 14* | cocos **MP** 18 phasias **M** plasias **PR** *corr.* **a** 19 aut **A'**] et 28 uenare, *corr.* **QA'** *cf. Maneth. V 185* | agrestium — 29 faciet *om.* **M**

alios aucupes, alios ex puteis altissimis adsiduo labore aquas levare compellit, alios agrestium locorum vel hortorum operarios faciet, alios naucleros nauticos vel gubernatores, alios structores, alios lapidarios, alios pollinctores facit aut per ipsos sepulturae semper officia tractantes. In Martis †adi enim coniunctione multiplici genere decreta variantur.

A Mercurio Luna ad Solem. Si a Mercurio 15
defluens Luna feratur ad Solem, aut mente captos aut lingua impeditos aut surdos efficit aut pauperes et misero egestatis squalore depressos, erraticos semperque peregrinos et qui nusquam sedem domiciliumque constituant; sed haec infortunia processu temporis temperantur et expleto tempore iuventutis parva illis ex variis actibus vitae praesidia quaeruntur.

A Mercurio Luna ad Venerem. Si a Mer- 16
curio defluens Luna in nocturna genitura plena luminibus feratur ad Venerem, faciet eos †publicis protegi ab aere; inveniunt omnibus actibus principatum; gloriae etiam et magnae felicitatis incrementa decernit. Alios oratores facit, sed affluentia sermonis . . . alios poetas facit et eos divinorum carminum auctoritate nobilitat aut in officiis deorum vel in officiis imperatorum adsidua honorum continuatione constituit aut ex personis et commendationibus mulierum aut ex muliebribus quibusdam actibus ad felicitatem

2 agrestium *om.* M | colorum, *corr.* A′ 3 nauclerios PR 4 polinatores M pollintores PR (*in quo ras. post* n) 5 per ipsos *fort. non sanum;* vespillones σ 6 *noli conicere* Martiali; particulari *Buecheler* | coniunctionem, *corr.* Q 11 miseros, *corr.* a 13 constituunt M 15 querantur M 16 *inscr. om.* M 17 luminibus principatum gloriae feratur PR 19 *fort.* habere in venereis; *locum sic fere refingit Buecheler* facit eos ⟨pudicae coniugis praesidio a iudiciis⟩ publicis protegi; habere iuvenum omn. act. princ. 19 aberę M | omibus M 22 *lac. stat. Sittl excidit v. c.* ornatos *vel* copiosos | cardinum actoritate M 24 continuatione honorum M | constituit aut A′] constituta v 25 personas P[a] 26 mulieribus, *corr.* a

17 et potentiam perducit cum gratia venustatis. Si vero
⟨a⟩ Mercurio defluens Luna plena luminibus feratur
ad Venerem, aut aromatum ⟨aut⟩ pigmentorum faciet
aut colorum aut medicamentorum aut pretiosorum
lapidum repertores aut pretiosas tunicas arte sua fa-
cientes aut organarios aut pantomimos aut qui ad
omne genus saltationis adfectent aut qui alios dulci
voce delectent, sed mediocres in vita et qui neque
abundent in facultate nec necessariorum angustia de-
primantur, sed his ipsis augmenta facultatum processu
temporis conferuntur; in venerio coitu facit libidino-
sos et vitiis quibusdam semper inplicitos et qui ad-
18 siduis ob haec pulsantur infamiis. Si vero minuta
luminibus in nocturna genitura a Mercurio defluens
Luna feratur ad Venerem, ⟨facit⟩ divites potentes impe-
riosos magnos et quibus regionum vel civitatum maxima-
rum tuitio credatur, praesertim si liberata a Solis radiis
Luna in horoscopi signo fuerit inventa, sed et si
Venus simili modo Solis radiis liberata in his, in qui-
bus diximus, locis cursum Lunae venientis exceperit.
Si vero in ceteris geniturae locis fuerit ista coniunctio,
honestos, multa negotia agentes faciet, et propriis
19 viribus patrimonii sibi substantiam quaerunt. Si vero
per diem minuta lumine ad Venerem feratur et ⟨in⟩
MC. vel in decimo ab horoscopo loco fuerit ista con-
iunctio, sacri certaminis palmas coronasque largitur
aut sacris certaminibus facit esse praepositos aut
templorum fabricatores aut simulacrorum consecratores
facit aut certe neocoros aut principes sacerdotum aut

2 a *add.* **QA′** | Luna ⟨in diurna genitura⟩ *scripsit aut debuit scribere Firmicus* 3 aromatorum **M** | aut *add. Sittl* | pigmentores, *corr. Sittl* | faciet aut **A′**] faciet augmentorum *ex supra scriptis ortum* 6 ad *om.* **M** 7 salutationis **PR** | dulcis **P** 12 implicatos **A′** 13 pulsentur **QA′** 15 feratur auen **M** | *suppl.* **a** 16 uel] et **M** 17 a *cf. 235, 23. 251, 2* 19 in *post* his *om.* **M** 20 exeperit **M** 21 locos P^a 22 *aut* et ⟨qui⟩ *aut* quaerentes 24 feratur ad uen **M** | in *add.* **A′** 25 merc. **P**, *inter* m *et* c *eras.* r **R** 29 neocores **P**

magna in templis officia tractantes. Si vero in ceteris 20 geniturae locis fuerit ista coniunctio, mediocres in facultatibus facit et qui artes metallicas exercere consueverint. Facit plerumque coriarios et qui aromata mercari consueverint, facit etiam eos politores pretiosarum gemmarum vel qui gemmis ex vario pigmentorum genere aliam speciem coloris adpingant, aut ornatores aut sculptores simulacrorum aut fabricatores efficiet aut in templis sacra carmina precantes aut tibicines templorum faciet et qui habeant rerum caelestium notionem vel qui sciant secreta caelestia vel qui res absconsas et abditas facili ratione perdiscant, ut ex his occasionibus vitae illis subsidia quaerantur.

XV.

A Saturno defluens Luna. Si a Saturno de- 1
fluens Luna [et] ad nullum feratur, sed per vacuum cursus suos dirigat et sit crescens vel plena luminibus, patrimonium misera laceratione dilapidat et facit a parentibus alienari aut interemptis parentibus in prima aetate reddit orbos; facit plerumque pigros aut in longinquis peregrinationibus detinet occupatos. Si 2
vero sit minuta luminibus, [et] faciet circa ventrem frigus adsiduum, quos Graeci psychrocoelios vocant, et infinitis flegmatum vitiis laborantes, macros splenicos dysentericos hydropicos pleumaticos vel dysuriacos et qui latentibus vitiorum doloribus torqueantur; sed haec pro signorum qualitate decernit.

3 mechanicas uel metallicas **M** 5 pollitores **M** pollintores **R**[a] 7 adiungant **M**[a] 8 tornatores **A**′ *cf. 139*, 23. *221*, 4; *an* inauratores? | scultores **M** 9 praecantantes **A**′ 10 tibicine **M** | facient, *corr.* **A**′ 11 notitiam **M** 15 *pro inscr.* Saturnus **MPR** | si a *om.* **M** 16 et *del.* **A**′ 17 cursum suum **M** 18 lapidatione dilacerat uel dilapidat **M** 20 reddit orbos *Sittl*] redditur hoc 22 sit *om.* **M** | et *del.* **A**′ 23 psichrocoelio **M** psychrocoelio **PR** *cf. Ptol. 39*[r] *28* 24 magros 25 lipsetericos, *corr.* **a** | pleumeticos, *corr.* **A** | disiriacos **M** dysiriacos **PR**

3 A Iove defluens Luna. Si a Iove defluens Luna ad nullum feratur et per vacuum cursus suos dirigat, si sit plena luminibus, faciet adsidua profectione peregrinos, pauperes et qui processu temporis omnia felicitatis [tempora et] ornamenta deperdant; si vero sit minuta luminibus, expositos captivos et quorum vita servitutis onere deprimatur. Quidam erunt vitiis valitudinibus implicati, alios oligochronios facit.

4 A Marte defluens Luna. Si a Marte defluens Luna ad nullum feratur, sed per vacuum cursus suos dirigat et sit plena luminibus, patrimonium dissipat et parentes in primo aetatis gradu perimit aut vitium illis aliquod aut malae mortis discrimen inpingit, ipsos vero aut ex altis praecipitat locis aut a quadrupedibus pericula aut maxima illis vitia vel valitudines
5 decernit, alios facit publica morte biothanatos. Si vero minuta lumine a Marte defluens ad nullum feratur, aut a genere suo alienari et separari facit et patrimonia eorum variis lacerationibus dissipat aut dat laboriosas artes, ut circa ignem semper ferrumque versentur, aut miseros milites facit.

6 A Sole defluens Luna. Si a Sole defluens Luna ad nullum feratur, sed per vacuum cursus suos dirigat, faciet pauperes [et] infelices peregrinos erraticos et qui servilibus semper actibus inmorentur, alios ad varios actus adfectantes, [in] quod adgressi fuerint, vario facit genere desperationis omittere; sed processu temporis huius infortunii discrimina mitigantur et praesentium calamitatum ex aliqua parte

1 Si a Iove d. Luna *om.* **M** S ioue **P** A ioue **R** 3 adsidua ϰ] ex sua (*possis* ex varia) 5 *del.* **A'** 6 lumine **M** 7 deprimantur **M** 8 *nonne* vitiis ⟨uel⟩ *sive* valitudinis? 14 inpinget P^b**R** 16 pericula aut m. illis pericula & (uel **Q**) uitia **MQ** 18 defluens luna **M** 20 dissipationibus lacerat **M** 24 currsus **M** 25 et *del.* **A'** 27 in *del.* **v** id *Mue.* 28 uarios **PR** | admittere, *corr.* **a** 30 praesidentium, *corr.* *Sittl*

miserum mutatur exitium; deposito paupertatis onere parvum illis vitae subsidium comparatur et ad aliquos actus affectare compelluntur.

A Venere defluens Luna. Si a Venere defluens 7 Luna crescens lumine ad nullum feratur, sed per vaçuum cursus suos dirigat, faciet passivos in coitu et qui numquam in uxorum amoribus perseverent, et qui incestis delectentur amplexibus, sed hos eosdem facit nudos pauperes et qui humeros suos laboribus subicientes cotidianae quaerant vitae subsidia. Si vero sit minuta luminibus, vitiosos turpes pauperes et adsiduo facit miseriarum onere praegravatos aut artibus [et actibus] inhonestis applicat semper et miseris.

A Mercurio defluens Luna. Si a Mercurio 8 defluens Luna ad nullum feratur, sed per vacuum cursus suos dirigat et sit plena luminibus, faciet grammaticos oratores medicos musicos et qui computationis sollertia caelestium sciant siderum cursus, aut fenoris et negotiationis officia tractantes, ex quibus occasionibus gloriam et substantiam, sed processu temporis consecuntur. Si vero fuerit minuta lumini- 9 bus, ab humoribus vitia decernit aut ex aquis grave periculorum discrimen indicit; aliorum mentibus nocet, aliorum obligat linguas, aliorum auribus nocet, sed hos omnes faciet alienos a litteris; faciet alios vaticinari, sed in templis, alios ad templorum custodias sempiternas addicit, alios ministros facit servosque templorum.

1 eṭixitium **M** | pauptatis **M** 2 parum, *corr.* **A′** 7 qui numquam **A′**] quicquam | et qui ϰ] et quicquam 10 cottidianae **M** 13 *del.* ϰ *saepe variae lectiones inrepserunt cf. 96,17. 214,15. 235,17. 242,23 al.* 14 Si merc **M** 15 sed] et **M** 17 musicos medicos **M** | commutationes sollertię, *corr. Sittl praeeunte Dresselio* 18 caelestium **A′**] testium 21 prosecuntur, *corr.* **v**

XVI.

1 Nunc genera explicanda sunt omnia, quae veloci cursu suo perficit Luna, ut et partiliter et generaliter omnia explicasse videamur.

2 Si Saturno se applicaverit Luna, miseros parentes facit; si vero se Marti coniunxerit, ambos parentes [faciet] humilitat, patri miserias indicit. Si a Marte ad Saturnum feratur, idest si utrumque latus eius Mars Saturnusque possederint, sacrae ... Si vero a Saturno ad Martem feratur, mediocriter haec eadem facit; mulieribus vero tunc decernit vitia, cum eandem radiis suis inpugnaverit Saturnus. Lunaticos vero tunc facit, si figura Lunae vel scema †vel similitudinem Saturni comparetur ac Martis, Iove ac Venere ⟨in⟩ alienis existentibus signis; ⟨si⟩ enim Iuppiter et Venus istas omnes coniunctiones vel defluctiones, per quas misera hominibus decernuntur exitia, bona radiatione respexerint, decretorum malorum ⟨et⟩ miserae
3 calamitatis exitia mitigantur. Felix erit nimiumque felix et cum omni felicitate etiam pudicitiae decernit ornatum, si in his in quibus gaudet locis sine inimica Martis aut Saturni radiatione Iovi se ⟨et⟩ Veneri radiatione coniunxerit aut uni de duobus. Tunc enim felicitates, tunc substantiam, tunc honores, tunc omnia vitae ornamenta decernit. Gaudet autem aut in horoscopo aut in quinto ab horoscopo loco aut in XI. ab horoscopo loco Iovis aut Veneris coniunctionibus

2 genera *cf. 249, 14*   3 et part.] expartiliter **M**   5 *cf. 200, 10. 202, 10. 25. 203, 15*   6 marti se **M**   7 faciet humilitatem, *corr.* ϰ (*fort.* et patri)   9 possederit, *corr.* **A'** | *lac. indicant* **MPR** ⟨valitudinis vitium decernit⟩ *vel sim.*   11 vero *om.* **M** | eadem, *corr.* ϰ   12 saturn, *unde edebant* Saturnum   13 figara **M**ª | [vel] similitudine Saturno c. ac Marti **A'a** *at haec quoque obscura*   14 mart*; edebant* Marti   15 in *add.* **v** | si *add.* **a**   16 defluitiones, *corr.* **Q**   18 rexpexerint **R**ª | *add.* ϰ | miseratione **M**ª   21 gaudent, *corr.* **v**   22 seuen **MR** seuuen **P**, *corr. Sittl*   24 felicitas tunc substantia, *corr.* ϰ   25 *cf. 237, 2. 249, 1. 250, 20. 261, 18*

adornata. Sed et in octavo geniturae loco in nocturna
genitura et in his in quibus gaudet signis consecuta
Iovis vel Veneris testimonium maximam decernit feli-
citatem. Quemcumque itaque locum volueris in geni- 4
tura tractare, aut naturae aut nutrimentorum aut ge-
neris aut parentum aut fratrum aut nuptiarum aut
sobolis aut extremum diem vitae, diligenter inspice
cursum coniunctiones defluctionesque Lunae, longitu-
dines altitudines et qui coniunctiones eius excipiant.
Spectare itaque in omni genitura debemus, ne Sol 5
coniunctionem Lunae ad se venientis excipiat; postea-
quam enim de diametro Solis recedens luminis sui
coeperit damna sentire ad synodum festinans, qualibet
luminis sui figuratione pro mensura uniuscuiusque de-
cernit exitium. Si enim fortis eius radiatio fuerit,
fortia mala et magnorum infortuniorum [ei] decernit
exitia; si media fuerit [vel fiet] radiatio, malorum
temperatur exitium. Si vero deficiens ad ipsos radios 6
Solis accesserit et ipsi orbi eius quodammodo gluti-
nata fuerit ⟨et⟩ ex aspectu hominum rapta non pareat,
tunc potentiora mala, tunc omnium calamitatum de-
cernit exitium secundum haec apotelesmata, quae in
praecedenti huius libri parte signavimus. Si vero a 7
coniunctionibus Solis liberata per diem Saturno ad-
denti ad cursus suos numeros se Luna coniunxerit,
magnorum bonorum ⟨et magnae felicitatis incrementa
decernit. Sed et si Iovi se simili radiatione con-

2 consecuta *κ*] sicut 4 itaque **QA**] itaque ita *in f. l.* **M** ita **PR** 7 subolis **M** | inspicerent, *corr.* **A′** 9 exipiant **M** 10 expectare, *corr. κ;* exoptare *σ cl. 236, 17* 11 Lunae **v**] geniturę | exipiat **M** | postea enim quam **M** 12 luminibus suis, *corr. κ* 13 sinodum 14 sui partę luminis **M** 15 exitia **M** | enim] media fuerit si **M** 16 *del. κ* 17 *del.* **A′** | mal. *bis* **M** 18 comparatur, *corr.* **A′** 19 ipsi **A′**] ipso | orbis, *corr.* **v** 20 et *pro* ex **A′** 21 omnium **QA′**] omnia uim 24 Saturno **A′**] saturnus **M** saturnum **PR** 25 *vertit προστιθέντι τοῖς ἀριθμοῖς* (*προσθετικῷ*) | con *et in nova lin.* xerit **R** coniuncxerit **M** 26 *suppl.* **A′** 27 ratione **A**

iunxerit, ultra modum felicitas et ultra modum om-
nium bonorum⟩ conferuntur insignia; erit enim felix
nimiumque felix, in cuiuscumque genitura sic cum
8 Iove Luna fuerit inventa. Si vero cum Marte sic,
sicut diximus, fuerit ⟨inventa⟩, magnorum malorum
decernit exitia; ⟨erunt⟩ enim aut .... secundum
signorum naturam biothanati; sed haec mala medio-
criter mitigantur, si in feminino signo Mars fuerit
inventus. Si vero cum Venere ista fuerit radiatione
coniuncta in MC. vel IMC., bonas decernit nuptias,
praesertim si aliena a Martis coniunctionibus fuerit.
Si vero in aliis geniturae locis fuerit ista coniunctio,
bonam quidem vitam decernunt, sed cum suis affini-
9 bus coeunt. Si vero Mars istam coniunctionem viderit,
illicitos coitus cum misera cupiditate decernit. Si
vero cum Mercurio fuerit ista coniunctio, infinita vitia
et inaudita mala adsidua ratione decernit. Unde orare
debemus et summis precibus postulare, ne quando
10 Luna se Mercurio ista radiatione coniungat. Si vero
per noctem minuta luminibus Saturno retrogrado vel
stationem facienti se Luna coniunxerit, magnarum
infelicitatum decernit ⟨incommoda⟩; quidam secun-
dum naturam ⟨signorum⟩ vel secundum locorum po-
testatem biothanati pereunt; sed haec infortunia ex
aliqua parte mitigantur, si in feminino signo Saturnus
11 fuerit inventus. Si vero Iovi se per noctem ista
radiatione coniunxerit, omnibus bonis abundabit. Sed
et si Marti simili fuerit radiatione coniuncta, magnae

3 geniturã **M** 5 *add.* **A'** 6 *add.* **QA'** | aut *del.* **A'** 7 haec **a**] et 10 in medium caelum uel in mc̄ (mec̄ **P**), *corr.* ϰ | decernunt **MR**[b] 11 si **A'**] sic | a **A'**] ea 12 coniuntio **M** 13 bonam — 16 coniunctio *om. sed in fine paginae suppl.* **M** 13 *fort.* degunt 16 vitia σ] etiam 17 audita **M** | radiatione, *corr.* ϰ 19 se Mercurio **A'**] semper 20 lumibus **P** | retrogradu, *corr.* **A'** 21 facienti **A'**] facient si | coniuncxerit **M** 22 infelitatum **P** | *suppl.* ϰ 23 *suppl. Sittl* 24 depereunt **v** 27 omibus **M** 28 mars, *corr.* **A'** | similis **MR**[a] | ratione, *corr.* **QA'**

felicitatis decernit insignia; sed haec maiora efficiuntur, si Mars addat ad numerum. Si vero Veneri se ista radiatione coniungat aut in MC. aut in quinto aut in XI. ab horoscopo loco aut in ipso horoscopo, bonae erunt circa nuptias, si eas Saturnus nulla radiatione pulsaverit. Erunt autem feliciores, si Venus retrograda a principalibus locis .... nocebit et facit plerumque pthisicos; sed bona tunc decernit fortiora, cum fuerit per noctem ista coniunctio; minuuntur autem bona et mala crescunt omnia, ab his scilicet stellis, in diurna genitura.

12 Explicato cursu Lunae et diligenti ratione monstrato ad promissi operis definitionem sermonis intentio transferatur, scilicet ad explicationem Fortunae; non enim omnem possumus fati explicare substantiam, nisi iste locus diligentissima fuerit ratione collectus. Sicut enim in horoscopo quaerimus, quis in eodem loco sit, quis occidat, quis in medio caelo sit, quis in imo, quis in ceteris locis, quatenus etiam dominus ipsius signi sit positus, in quo est horoscopus constitutus, ita et locum Fortunae ⟨debemus⟩ simili ratione colligere. Quo autem in loco sit locus Fortunae, facili ratione monstrabo; quem cum inveneris, inspiciens stellarum omnium societates radiationesque omnem locum istum vero ac fideli poteris explicare iudicio.

XVII. DE LOCO ET DE EFFICACIA FORTUNAE.

1 In omni genitura nocturna computa a Luna usque ad Solem, in diurna genitura a Sole computa rursus

2 ad ⟨cursus suos⟩ numerum κσ *at cf. VI fol. LXXXIII col. 1 in. med. et ima* 3 *fort.* MC. ⟨aut in IMC.⟩ 6 radiatione **M** ratione **PR** 7 retrogradu, *corr.* **A′** | *lac. statuit Sittl* 8 phisicos, *corr.* κσ 10 his] hillis **M** 13 deffinitionem **M** 15 omnem *om.* **P** 18 sit *om.* **M** | mc̄ 21 *add.* **A′** 23 inspicies, *corr.* κ 26 de *post* et *om.* **M**. *Cf. Ptol. 33ᵛ 7. 45ʳ 12 Paul. J 3 Manil. III 187 Petos. fr. 19 Salmas. 123* 28 computata lunam **M** computa lunam **PR**, *corr.* **A′**

ad Lunam et, quantuscumque signorum ⟨fuerit⟩ numerus, tanta ab horoscopo incipiens signa numera; et quodque signum habuerit novissimum numerum,
2 ipsius signum locum Fortunae demonstrat. Sed haec platica computatio est, quam ideo posuimus, ne quid a nobis praetermissum esse videatur; partiliter vero locus Fortunae ista ratione colligitur, quam tu sequi in omni disputatione debebis. Tunc enim vera definitio [et] in apotelesmatibus proferetur, quotienscumque singula loca partili fuerint ratione collecta. Sic vitam, sic spem, sic fratres, sic parentes, sic filios, sic valitudines, sic coniugem, sic mortem, sic actus, sic amicos, sic inimicos, sic cetera omnia, quaeque in substantia humani generis requirentur, veris definitionibus explicabis. Quae omnia tunc explicabimus, cum ad interpretationem venerimus sfaerae barbaricae; haec enim omnia divinus ille Abram et prudentissimus Achilles verissimis conati sunt rationibus invenire. Sed locus Fortunae, de quo loqui coepimus,
3 partiliter ista ratione colligitur. Si diurnam genituram tractans locum Fortunae coeperis quaerere, hac eum investigato ratione: a parte Solis inchoans omnium signorum partes usque ad illud signum, in quo est Luna, cum ipsis Lunae partibus, [in] quantamcumque totae partes fecerint summam, additis horoscopi ⟨partibus⟩ †inchoans computationem is collegeris, ab horoscopo incipiens in dexteram partem ab horo-

1 *suppl.* **A′** 3 et **A′**] aut | quodcumque **v** *cf. ad 217, 10* | signum *om.* **M** 4 *dicere solet* ipsum tibi signum 5 placita **PR** | possumus **PR** 7 quam tu sequi **A′**] quantus ęque 8 deffinitio **P** 9 et *del.* *ϰ* | proferatur, *corr.* *ϰ* 10 partiliter, *corr.* **A′** 15 nunc, *corr.* **A′** | explicauimus, *corr.* **Q**[b] **A′** *cf. VI f. LXXXII c. 3 med.* 16 fere **M** ferę **PR** 17 abraam **M** 18 achiles **PR** 20 de loco fortunę *unc. rubr. addit* **M** | diurna genitura, *corr.* **A′** 22 inuestigata, *corr.* *ϰ* | a parte **A′**] aperto | inchoat, *corr.* **v** 23 illum **PR** 24 in] n̄ **P** *del* **A′** *aliquid excidisse videtur cf. 239, 7; fort. hic inserendum* computatione si collegeris *del.* inchoans *cf. VI l. l. col. 4 in.* 26 *add.* **A′** | colligeris **PR** 27 aborosc. ~~sign~~ **M**

scopo signis ceteris divide tricenas partes signis singulis reddens; et in quocumque signo totius numeri ⟨ultima⟩ pars ceciderit, ipse locus Fortunae tibi signum ⟨ac⟩ substantiam demonstrat. In nocturna vero 4
genitura a Lunae parte incipiens et per signa sequentia simili modo pergens usque ad partem Solis totas signorum colligis partes et additis hóroscopi partibus unam numeri facis summam, quam a parte horoscopi incipiens per omnia, quae ab horoscopo sunt, signa dividis singulis signis tribuens XXX, sicut ante diximus, partes; et in quocumque signo totius numeri ultima pars ceciderit, ipsa pars locum tibi Fortunae monstrabit. Ex hoc loco qualitatem 5
vitae et patrimonii substantiam et felicitatis atque infelicitatis cursus ostendi datur. Amor etiam et adfectus virorum circa mulieres qualis sit, ex hoc loco discitur et nutrimentorum et desideriorum omnium effectus ex istius loci substantia quaeritur. Hic locus patriam [vel huius loci quadrata latera] facili ratione demonstrat. Appellatur autem, sicut Abraham designat, Lunae locus. Vide ergo dominum totius 6
signi, qui est, et dominum partis istius, idest in cuius stellae finibus ista pars sit et quo in loco sit uterque dominus signi pariter et partis, eius scilicet partis, in qua locus Fortunae fuerit inventus, et in quibus geniturae locis sint constituti, an in principalibus, idest in cardinibus aut in secundis locis, an ⟨in⟩ deiectis, an in altitudinibus suis an in domibus an in deiectionibus; et an dominus ipsius signi [et] ex eo

2 sigulis **M** 3 *add.* **A′** | ipse **A′**] in se *immo signum vel pars locum demonstrat* 4 *add.* **A′** | monstrat **MA′** 5 frequentia, *corr.* **A′** 8 quae] ꝗ (= qui) **P** 15 infelicititatis **R** | ostenditur (ostendatur **Q**), *corr.* ϰ *cf. 18, 22. 24, 5* 17 dicitur, *corr.* **A′** 18 substantiā **M** 19 *del. Sittl illata ex 242, 24* | huius ϰσ] cuius 20 apellatur **M** | autem *om.* **M** | de signo, *corr.* ϰ *cf. 242, 8 Paul J 2* 21 uides, *corr.* ϰ | dominium **M** 22 *post* dominum *del.* totius signi **M** 25 qua **a**] quo 26 an] aut **M** 27 *add.* **A′** 28 suis *om.* **P**. 29 et *del.* ϰ

loco, in quo est, signum ipsius, idest locum Fortunae
oportunis radiationibus respicit; et si dominus partis
ipsius, idest si dominus finium, in quibus locus For-
tunae fuerit inventus, ipsam partem ex eo loco, in
quo est, oportunis radiationibus respicit; et si sint
7 ambo invicem sibi cardinaliter iuncti. Et cum haec
omnia diligenti ratione collegeris et sit nocturna geni-
tura, rursus Lunae partes adtende, si diurna vero,
Solis et vide, qui sit partium dominus, in diurna sci-
licet Solis, in noctura vero Lunae [Solis vero dominus],
et an etiam ipse locum Fortunae cardinali radiatione
respicit. Si vero unus harum omnium partium do-
minus fuerit inventus et bene sit in genitura ⟨positus⟩
et in his, in quibus gaudet, signis vel ⟨in⟩ quibus
exaltatur vel [in] quorum est dominus, felicem geni-
turam decernit. Si vero hic est collocatus ⟨cum⟩
Sole ⟨vel⟩ Luna et locum Fortunae respexerit, maior
felicitas multiplicata radiatione decernitur. Si vero
†his qui redditur Luna et locus Fortunae platice sit
in cardinibus constitutus, etiam sic felicitas multipli-
8 cata radiatione decernitur. Si vero non fuerit unus
dominus signi ipsius, in quo est Fortunae locus, et
partium, nec partium Solis nec Lunae, ille principatum
optinet in decernendo, ⟨qui⟩ habebit maximam po-
testatem, et si sit benivolus et in benivolis signis
fuerit inventus vel in altitudine sua vel in domo sua
et in principalibus cardinibus geniturae collocatus lo-
cum Fortunae cardinaliter viderit, magnam et nobilem
9 genituram decernit. Sed haec tum facit, si partiliter
in cardinibus fuerit constitutus. Si enim generaliter

6 iuncti κ] tunc | haec *om.* **M** 7 omni, *corr.* **A′** 8 Lunae **A′**] luna et 10 *del. Sittl* 11 ratione, *corr.* **A′** 12 respiciat **A′** | unus **A′**] huius artium, *corr.* **A′** 13 *add.* **a** 14 gaudent, *corr.* **A′** | *add.* **A′** 15 *del.* κσ 16 hic **A′**] hoc 17 sol luna, *corr.* κ *dubitanter* 18 si vero — 21 decernitur *om.* **P** 19 *possis* hic viderit Lunam | locus Fortunae platice κ] locum fortunae platica et 24 *add.* [illegible] 30 collocatus **M**

fuerit inventus in his, in quibus diximus, locis, mediam
genituram decernit, ut nec ultra modum felix sit nec
egestatis angustiis deprimatur. Si vero ambo bene
ceciderint, dominus ipsius signi, in quo est locus For-
tunae, et dominus partis illius, in qua ultima pars
fuerit inventa, et in bonis signis constituti, idest in
quibus gaudent vel in quibus exaltantur, vel in domi-
ciliis suis, et partiliter in cardinibus fuerint collocati,
tantas decernit felicitates, ut is, qui sic natus fuerit,
imperatoribus omni genere coniungatur. Sin vero in
signis cardinum non partiliter, sed platice fuerint in-
venti, mediae felicitatis incrementa decernunt. Si vero 10
dominus ipsius signi, in quo est Fortunae locus in-
ventus, sed et dominus partis ipsius, idest finium
dominus, et dominus partium earum, in quibus ⟨in⟩
eadem genitura Luna fuerit inventa, bene fuerint
collocati, vel in quibus exaltantur vel in domiciliis
suis, et principalia geniturae possederint loca vel in
his, in quibus gaudent, locis fuerint collocati, facient
imperatores, sed quorum imperium per totius orbis
spatia dirigatur et quorum tanta potestas sit, ut ad
deorum numen accedant. Si vero istarum stellarum, 11
quarum fecimus mentionem, nulla bene ceciderit, is,
qui sic natus fuerit, usque ad ultimum vitae diem
infelicitatis onere deprimetur. Quod cum fuerit, in-
spice partiliter MC. et hoc signum, quod in anafora
horoscopi sit; et si nulla ex illis stellis, quarum men-
tionem fecimus, bene fuerit collocata, vide an in MC.
vel in anafora horoscopi benivola stella conditionis
suae secuta potestatem inveniatur; nam si inventa
fuerit, praecedentis mali processu temporis infortunium
corrigetur. Si vero illis tribus, quibus ante diximus, 12

2 ut nec] utq; **M** 6 in qu. g. v. *geminat* **M** 9 his **P** 10 si **M** 11 placite **P** 15 in *add.* **a** 16 lune, *corr.* **A′** 19 his in *om.* **M** 23 inuentionem **R**ᵃ 25 deprimentur **MPR**ᵃ 26 et a] sed (*possis* sed et) | arafora **M** afora **P** 27 sit ϰ] sed 28 vide an *Sittl*] uideant 29 arafora **M** 32 corrigens, *corr.* **v**

male positis MC. et anafora horoscopi omnium benivolarum stellarum praesidio relinquatur, infelix misera et omni malorum erit ista genitura continuatione depressa. Sed et Fortunae duodecatemorium diligenter inquire, ne te apotelesmatum fallat intentio.

XVIII. DE LOCO DAEMONIS.

1 Locum daemonis ista ratione colligimus; quam ideo huic libro indidimus, quia Solis eum locum esse Abraham simili ratione monstravit et inicum erat, ut a loco Lunae Solis separaretur locus. Qui locus hac ratione colligitur: [ut] in diurna genitura a parte Solis usque ad partem Lunae omnium signorum colligis partes et totam hanc summam ab horoscopo incipiens per sequentia signa distribuis, et in quocumque signo ultima pars ceciderit, ipsa tibi pars daemonem monstrat. In nocturna vero a Luna usque ad Solem omnium signorum colligis partes et omnem istam summam ab horoscopo incipiens simili ratione totis dividis signis, et in quocumque signo ⟨pars ultima ceciderit, ipsa tibi⟩ pars genituræ daemonem
2 monstrat. Hic locus vocatur et animae substantia; ex hoc loco actus omnisque augmenta substantiae quaerimus [invenimus], et ostendit, qualis circa virum mulieris sit adfectus. Sed et hic locus et quadrata latera ipsius loci patriam nobis manifesta ratione demonstrat. Vide ergo, locum hunc quae malivolae stellae, quae benivolae respiciant, et sic apotelesmata pro singularum stellarum testimoniis explica.

1 omnium κ] nondum (nuda σ) 3 erit ista **A'**] eritis **a** 7 quam **a**] quem 9 inimicum, *corr.* **A'** 11 *del.* κ | *rationem convertit Firmicus cf. Paul. J 1* 14 et **A'**] sed 18 incipiens **P** incipies **MR** 19 totius, *corr. Sittl* | diuides, *corr.* κ | *suppl.* κσ 21 ⟨actus⟩ et animae **A'** 23 *del.* κ ⟨quae⟩ quaer. *Mo.* 24 mulierum **M** | Sed et] Set **M** 26 *nempe* demonstrant | uidere, *corr.* **A'**

XIX. DE DOMINO GENITURAE.

...........⟨geniturae⟩ dominum, quem Graeci 1
oecodespoten vocant, qua debeas ratione colligere;
ipse enim totius geniturae possidet summam et ab
ipso stellae singulae decreti licentiam sortiuntur; qui
si bene fuerit collocatus in his, in quibus gaudet
signis vel in quibus exaltatur, vel in domiciliis suis,
et conditionis suae genitura fuerit nec malivolarum
nociva radiatione pulsatus nec benivolarum stellarum
praesidio destitutus, omnia bona pro naturae suae
qualitate decernit et integrum annorum numerum.
Si vero impeditus a malivolis vel a benivolis desertus
fuerit, omnis eius efficacia debilitata languescit. Qua- 2
tenus invenias, explicabo omnibus veterum sententiis
intimatis. Quidam hac voluerunt geniturae domi-
num ratione colligere dicentes hunc esse geniturae
dominum, qui in principalibus geniturae locis positus
in signis suis aut in finibus suis fuisset inventus.
Alii vero a Sole et Luna geniturae dominum requi-
rebant eum dicentes esse geniturae dominum, in cuius
stellae finibus Sol et Luna fuissent inventi, idest Sol
in diurna, Luna in nocturna genitura, et habet rationem.
Alii eum dixerunt esse dominum, qui altitudinis Lunae
dominus fuisset inventus. Alii vero hunc esse dixe-
runt dominum, cuiuscumque signum post natum ho-
minem Luna relicto eo signo, in quo est, secundo
loco fuerit ingressa. Sed et nos hanc rationem sequi- 3
mur; haec enim est verissima et ab omnibus com-
probata. Sed et tu haec omnia, quae diximus, dili-
genti ratione discute: invenies, quod dominus geniturae

2 *suppl.* **A'** 3 oeǫcodespoten **R** 4 summa **PR** 5 decreti ~~singu~~ **M** | diligentiam, *corr.* *κ* 9 radiatiatione **M** 15 explicatis uel intimatis **M** | *cf. Ptol.* 28^{r} *31.* 33^{v} *29* *Paul. B 4 Q 4* 19 requirebant — 20 dominum *om.* **M** 23 esse *om.* **M** | latitudinis, *corr.* *κ* 29 et tu haec *κ*] hec ut et **M** et ut haec **PR** 30 discutere, *corr.* *κ*

sic †positus et inveniri; quia itaque hanc rationem sequitur intentio tua, etiam exemplo debemus instruere.

4 Si quis prima natalis hora Lunam in Ariete habuerit, quia post Arietem [habuerit qui] ad Taurum secundo loco Luna transitum facit, Venus geniturae dominium possidebit, quia Taurus signum est Veneris; et sic in ceteris signis. Illud tamen scire debemus, quod neque Sol neque Luna in aliqua genitura domini efficiantur; totius enim domini dedignantur dominia sortiri. Si itaque Luna in Geminis fuerit inventa ea die, qua nascitur homo, neque in Cancro id est in domo sua neque in ⟨Leone idest in⟩ domo Solis dominum geniturae demonstrat. Sed cum haec signa transierit, idest Cancrum et Leonem, et ad ⟨Virginis⟩ signum venerit, tunc ostendit geniturae dominum; quia itaque Virgo domus Mercurii est, iste geniturae dominus efficitur. [Habebunt communionem in dominatione Sol et Luna, ⟨si⟩ in diurna genitura fines tenuerit ⟨Sol⟩ et in nocturna similiter Luna.]

5 S a t u r n u s. Si Saturnus dominus geniturae fuerit effectus et sit oportune in genitura positus et ei dominium crescens Luna decreverit, faciet homines inflatos, spiritu sublevatos, honoratos bonos graves, boni consilii et quorum fides recto semper iudicio comprobetur et qui negotia omnia recti iudicii rationibus compleant, sed circa uxores et filios erunt alieno

1 *latet forma aliqua verbi* posse 2 *nempe* ⟨te⟩ debemus *aut* eam *pro* etiam 3 quis **A'**] qua 4 *del.* **A'** 5 Venus **A'**] dominus | dominum, *corr.* **v** 6 taurum, *corr.* **A'** | est **A'**] et 9 *expectas* ⟨singularum geniturarum⟩ dominia *cf. Maneth. II 1 Hermipp. 16, 14 Macrob. in somn. I 19, 23 Dieterich Aberkios 26* 11 quo **P** (o *ex corr.?*) **R** 12 *suppl.* **A'** 14 *suppl.* **x** 16 domus **A'**] dominus 17 *interpolationem cognovit Sittl, cf. 39, 4* 18 si *add.* **A'** | geniturę, *corr. Sittl* | Sol *add.* **A'** 19 et in *Sittl*] etiam 21 infectus, *corr.* **Q**[a] 22 dominum, *corr.* **A'** 23 inflatos ac superbiae spiritu sublevatos *scripsit 97, 22 cf. 254, 17* 25 recte **M** 26 compleantur, *corr.* **A'** | erunt *geminat* **M**

semper affectu; erunt sane semoti et sibi vacantes,
modicum sumentes cibum et multa potatione gau-
dentes. Corpore erunt modici pallidi languidi, frigido
ventri et qui adsidue reiectare consueverint et quos
semper malignus humor inpugnet et quos intrinsecus
collectus dolor adsidua ratione discruciet. Vita vero
eorum erit malitiosa laboriosa sollicita et adsiduis
doloribus animi implicata, circa aquam vel in aquoso
loco habentes vitae subsidium. Quodsi ipse geniturae 6
dominus effectus aut in domo sua sit aut in finibus
suis aut in domo Iovis vel in finibus suis aut in
domo Solis et sit diurna genitura [locum], faciet
in vita claros et nobiles et omnem felicitatem pro
locorum potestate decernit. Si vero in Martis finibus
fuerit vel in domo Martis vel in domo Lunae fuerit
inventus, faciet tristes laboriosos sordidos humiles
ingloriosos et qui adsiduis lugubris tristitiae .....
sordidentur. Sed haec fortiora erunt mala, si fuerit 7
nocturna genitura et si Luna minuta luminibus do-
minium ei decreverit; tunc enim caput capillorum
raritate denudat aut facit turpiter capillis defluen-
tibus calvos et quorum lumina repentinis solent cae-
citatibus impediri vel quorum lumina aciem suam
ex adsidua suffusione deperdant. Facit etiam pleu-
monicos hydropicos podagricos caducos spasticos, prae-
sertim si dominus effectus geniturae et in ista signorum
vel partium deiectione positus deficientis Lunae radios
exceperit. Quodsi eum benivolae stellae habentem 8
dominium sic, sicut diximus, positum bona radiatione

2 cybum **P** | potione **M** 4 reiactare **MPR** (ac *ex* eic), *corr.* **Q** *cf. VII f. XCIII col. 4 ima* ructare *κ* 6 radiatione **M**[b]**PR** 9 *nempe* habebunt 11 suis *sc. Iovis nisi hoc ipsum latet* 12 diurnae geniturae locum, *corr.* *κσ* 17 tristitia, *corr.* *κσ; excidit v. c.* squaloribus 18 hoc **PR** | fortuniora, *corr.* **A′** 20 ei **v**] et | capud **P** 24 ex **A′**] et | deperdat, *corr.* **A′** *cf. Ptol. 38*[v] *26* 25 podacricos **M** 26 effectus *om.* **M** 27 deficientes, *corr.* **v** 28 exeperit **M** 29 dominum, *corr.* **A′**

conveniant, istas valitudines vel praesidium dei alicuius vel sollers medicina curabit. Si vero sic, sicut diximus, Saturnum positum malignum sidus armaverit, haec, quae diximus, mala cum maximo incremento calamitatis augentur. Faciet autem mortes ex longa et gravi valitudine, quae aegritudo vitiosa humorum inundatione perficitur; moriuntur autem in locis aut in humidis aut in aquosis aut absconsis et incognitis. Si ⟨in⟩ Mercurii domo vel partibus fuerit, facit maleficos venenarios malos periuros, inimicos fratrum pariter ac parentum.

9 Iuppiter. Si Iuppiter dominus geniturae fuerit, faciet homines magni animi magna appetentes et quibus fides semper habeatur et qui ad magnos actus semper inflentur et qui plus sibi dent, quam patrimonii vel potentiae facultas exposcat, imperiosos et in omnibus actibus suis nobiles gloriosos honestos, amatores munditiarum, laetos et qui omni ratione delectari desiderent, plurimum capientes cibum, amantes amicos et efficaces communes simplices et qui
10 bene semper facere consueverint. Corpus vero eorum media moderatione componitur et erit ipsa corporis forma munda formosa candida; erunt sane pulchris oculis et capite, spissis capillorum crinibus adornantur, fixo gradu vestigia ponentes; vita vero eorum erit gloriosa notabilis, plena fide felicitatis, omnia sane quaecumque cupierint consecuntur. Sed et bonis semper conversationibus adornantur et [eos] magnorum virorum testimonio proteguntur, uxores et filios

1 dei **Qv**] de 2 sollens **PR** | sic *om.* **M** 3 saturnus, *corr.* **A′** | sydus **M** 7 inundatio, *corr.* **QA′** | perficiuntur, *corr.* **QA′** | *fort. post* locis *adiectivum excidit* 9 in *add.* **A′** 10 uenerarios, *corr.* **Q**^{b} 13 facit **M** | homines *om.* **M** 15 qui] quib; **P** *cf.* ***114***, *6.* ***261***, *14* 16 exposcant, *corr.* **A′** 19 delectari *om.* **P** | amantes et efficaces amicos, ***transp.*** *x cf. V f. LXIII 4 in. LXIV 2 in.* 21 facere **QA′**] facile 23 candidi, ***corr.*** *x*; sane ***numquam tertio loco*** 24 adornantur *fort.* ***inlatum ex*** *v. 28* 25 potentes **P**^{a} 26 **plena** ***nominativus*** 27 Sed et] Set **M** 28 *del.* **A′**

tenero diligunt semper ⟨adfectu⟩ et quorum filii dignitatis maxima consequantur augmenta, ut et ad ipsos ex filiorum honoribus magnum meritum dignitatis accedat; valitudinem cardiacorum faciet ex vino vel ex cruditate, mors vero ab hilaritate et deiectione ani erit [et animi] et venerio coitu. Sed Iovem, cum 11
dominus geniturae fuerit, isdem debes, quibus Saturnum, rationibus intueri, sed et ceteras stellas; quod enim de uno dictum fuerit exemplum, hoc te etiam in reliquis debebit instruere. Nam si Iuppiter dominus geniturae fuerit effectus et primos geniturae tenuerit cardines in domo sua vel in altitudine sua vel in finibus suis vel in domo Solis vel in altitudine Solis et sit diurna genitura et benivolarum stellarum fuerit testimoniis adornatus, et Luna ad eum feratur plena luminibus nec Mars alium geniturae possidens cardinem aut ipsi resistat aut Lunae crescentis lumen inpugnet, integra felicitatis ornamenta decernit. Quodsi 12
in his, in quibus humilitatur, signis vel in finibus aliis fuerit vel in deiectis et pigris geniturae locis et ipse et Luna a malivolis malitiosa fuerint radiatione [pulsatione] pulsati, deficiens viribus et omni privatus licentia potestatis nihil magnum in genitura decernit nec integrum annorum numerum; nam si eum de quadrato vel de diametro malivolae stellae radiaverint, pro viribus suis a decreto tempore annorum subtrahunt numerum.

M a r s. Si Mars geniturae dominus fuerit effectus, 13

1 *suppl.* *κ* 3 ex **Q**ᵇ**A′**] et 4 ualitudine, *corr.* *Sittl* | carcaicorum, *corr.* *κσ* | uino] umo **P** 5 crudelitate, *corr.* **v** | hilaritate (il- **M** hyl- **P**) *cf.* *VI fol. LXXX col. 4 ima VIII fol. CIV col. 3 in.* 6 ani *σ*] uni (alvi **a**) | ueneris coitus, *corr.* *σ* | cum dominus **A′**] eum dominum 7 saturnus **M** 16 possident, *corr.* *σ* 17 cardines, *corr.* **QA′** | resistant, *corr.* **A′** 18 impugnent **M** 20 aliis *κ* (*possis* alius)] talibus (ζῴοισιν ἐπ' ἄλλοις *Maneth. VI 43*) 21 malitiose fuerint ratione pulsatione pulsati, *corr.* *κ* 25 quadrato numero **M** 26 a decreto **QA′**] ad secreto

faciet asperos invictos et qui nullis rationibus subiugentur, mobiles contentiosos audaces periculosos, violentos, qui adsiduis soleant rationibus decipi, edaces, ⟨qui⟩ multum cibum facillimis rationibus digerant, fortes aequales ignitos, rubeis capillis, oculis sanguinolentis, imperiosos et principalia semper sibi vindicantes potestatis insignia, artes ex igni semper agentes et ferro ignito, sed mentis calore praeposteros neque circa uxorem neque circa filios neque circa amicos bonos habere affectus, audaces et qui res alienas invida cupiditate desiderent. Vitia vero ex igni faciet et ferro, idest praecisiones aut combustiones, et ex altissimis locis frequenti ratione praecipitat aut extremas partes corporis frangit, mortem vero faciet
14 aut repentinam aut violentam. Si Lunam exceperit plenam, aut a latronibus occupatos occidit aut accusatos publicis potestatibus tradit et delationibus oppressos publicis facit animadversionibus percuti. Sed et si malitia eius radiis Solis fuerit accensa, incendia et publicae exustionis decernit exitia. Sed haec fortius decernit, si in diurna genitura dominus effectus principales possederit cardines vel si in MC. vel in occasu fuerit inventus et Luna in alio cardine constituta plena se radiis Martis inpegerit et si plena
15 dominium decreverit Marti. Quodsi fuerit nocturna genitura et ipse in ⟨domo⟩ Saturni vel in domo Iovis fuerit inventus vel in finibus eorum vel in domo sua

2 immobiles **A'** *at cf.* 264, 4 3 audaces, *corr.* **A'** 4 *add. Sittl* 5 aequales *cf.* 249, 27. 255, 14 | ignitos *Buecheler*] ignotos *cf. physiognom. II 107, 118 F.* 6 imperiosis **M**[a] 7 uendicantes **M** 8 ignitos, *corr.* **a** | sed mentis **A'**] sementis **MR**[a] et mentis **PR**[b] 10 ⟨patitur⟩ habere *κ an* habentes? 11 alienis **M** 12 cõmustiones **MP** comustiones **R** 13 et *om.* **M** | frequente **M** | aut *bis* **M** *in confin. lin.* 15 repentinum **P** ⟨quod⟩ si *Sittl* 18 persecuti, *corr.* **A'** 19 et *om.* **M** | accensa incendia **Q**] ac incendia 22 possiderint **M** possederint **R**[a] | MC.] si //// mc. (si *supra ras., eras.* et) **P** 24 et] *fort.* aut 26 *add.* **A'**

vel in finibus suis et in quinto vel in XI. ab horoscopo loco constitutus vel in MC. vel in horoscopo et deficientem respexerit Lunam vel deficiens Luna dominium Marti decreverit et Iovis ⟨stella⟩ se cardinibus trigonica radiatione coniungat, faciet duces tribunos terribiles ac potentes et qui regiones maximas et multas civitates optineant [qui] et quibus orbis totius iudicia credantur. Si vero in occasu, idest in 16
VII. ab horoscopo loco, fuerit positus cum ista commixtione, quam diximus, post haec omnia facit biothanatos interire. Semper enim ⟨in⟩ occasu Mars positus violentae mortis discrimen indicit, sed ipsa mors, sicut frequenter diximus, pro signorum qualitate perficitur, quae omnia genera in tertio libro speciali significatione monstravimus; semper autem ⟨in⟩ Iovis finibus positus si Iovis vel Veneris fuerit testimoniis mitigatus, malitiae suae ponit ardorem.

Venus. Si Venus domina geniturae fuerit effecta, 17
facit homines delectabiles laetos vocabiles, adsiduo lusu vacantes, amabiles gratos venustos amatores libidinosos pios iustos et apud quos integra et incorrupta amicitiae necessitudo permaneat. Corpus vero eorum erit longum candidum; habebunt oculos grato venustatis splendore fulgentes, spissis capillis aut molliter flexis aut grata pulchritudinis venustate compositis aut crispis crinium facit bostrychis comatos, aequales, multo potu gaudentes, modicum sumentes cibum et qui [dentes modum] venerios coitus crebro cupiditatis ardore desiderent et qui omnes cibos facil-

1 suis] eorum **M** 2 constituto, *corr. Sittl* 4 martis, *corr.* **v** | *add.* *κ* 5 trigona, *corr.* **A′** 7 *del.* **QA′** 11 *add.* **QA′** 14 *cf. 121, 13* 15 specialiter, *corr.* **a** 16 *add.* **A′** | *possis* ⟨vel⟩ si 18 *inscr. om.* **M** 19 vocales *Sittl* 21 et *posterius* **A′**] etiam **MPR**^{a} etiam et **R**^{b}**Q** 23 gratos, *corr.* *κσ* 25 grata **M**^{a}] gradata | componit, *corr.* **a** 26 bostricis | comatos **R**^{b}] conatos 28 cybum **M** | nodū dentes modum **M** *dittographiam verborum* gau]dentes modicum *agnovit Buecheler* 29 cybos **MP**

lime digerant; ⟨erunt⟩ sane in omni vita nobiles
mundi, et quorum vita animus et institutum musicis
18 semper delectationibus inhaerescat. Sed haec pro
signorum ac locorum qualitate cuncta decernit. Facit
enim in deiectis locis posita et genituræ dominium
sortita organarios pictores sed qui integras corporum
similitudines pingant. In principalibus autem geni-
turae locis posita faciet claros et diadematibus aut
aureis coronarum infulis coronatos, sacrarum discipli-
narum repertores, et viros mulierum et mulieres
19 virorum bonis affectibus obligabit. Sed vespertina
mulieribus opitulatur, matutina vero viris; hac ex
causa biforme numen Veneris esse dixerunt. Faciet
enim fecundos et multa subole gaudentes et quibus
a filiabus maxima laetitia conferatur, sed vitia facit
circa naturalia et necessaria, mortes vero notas glo-
riosasque decernit. Sed et huius sideris mixturas,
cum habuerit dominium, sicut ceterarum stellarum
diligenti debemus inquisitione colligere, conditionis
20 etiam potestatem. Nam si in nocturna genitura in
quinto ab horoscopo loco vel in undecimo vel in
horoscopo vel in MC. fuerit inventa vel in domo sua
vel in altitudine sua vel in finibus suis et a deficiente
Luna dominium acceperit et eam Iuppiter bene po-
situs trigonica radiatione respiciat vel si Luna ad
eam sine testimonio Saturni feratur minuta lumini-
bus, aureas praetextas et consularium fascium de-
21 cernit insignia. Si vero istam coniunctionem Mars
trigonica radiatione respexerit, cum istis honoribus
etiam insignem potestatis licentiam et proconsulare
largitur imperium, praesertim si Mars in domo sua
vel in domo Iovis fuerit inventus vel in finibus suis

1 digerent **M** | *suppl.* *κ* 5 enim *om.* **M** | genitura **M** 6 pistores **MR**[a] | sed **M**] et **PR** 9 coronatos] conatus **M** | discriminarum disciplinarum **M** 10 et mulieres uirorum *om.* **M** 11 obligauit **MR**[a] | Sed] Si **P** 15 filialibus **M** 17 syderis | mixtura **PR**[b] 30 proconsularē **M**

vel in finibus Iovis vel in altitudine sua et si Venus
a Solis radiis fuerit liberata. Quodsi sic Venere col- 22
locata Mercurius aut in domo sua aut in finibus suis
aut in altitudine sua aut in domo Veneris aut in
finibus Veneris fuerit inventus et sit in oportunis
geniturae locis positus, faciet poetas, sed quorum
carmina fulgido gratiae splendore nobilitantur; si
vero fuerit diurna genitura, decernit quidem nihilo
minus paria, sed haec omnia quantulacumque ratione
debilitat. Si vero fuerit nocturna genitura et Satur-
nus in cardinibus geniturae positus vel oportunis locis
istam commixtionem maligna radiatione pulsaverit
deficientisque Lunae radios aspexerit, totum, quicquid
ante promisimus, impeditur. Si vero Venus dominium 23
nacta in deiectis vel in pigris locis fuerit inventa, in
Saturni loco vel domo vel in finibus etiam Saturni,
<et Luna> in cardinibus geniturae posita per noctem
ad Saturnum minuta, per diem vero ad Martem fera-
tur plena luminibus, faciet inpuros impudicos libidi-
nosos et qui adsiduis calamitatum casibus implicantur
et qui ex istis amorum cupiditatibus publica pulsentur
infamia vel qui propter inlicitas cupiditates <vel>
adulterii crimen publici discriminis periculis implicen-
tur et fiant propter hoc famosa morte biothanati, prae-
sertim si sic his positis Mars in occasu geniturae
positus Venerem minaci radiatione respiciat.

Mercurius. Si Mercurius geniturae dominus 24
fuerit, faciet cordatos ingeniosos, cuncta discentes, mo-
destos, omnium artium discere secreta cupientes; et
si in domo quidem sua fuerit inventus, cum geniturae

2 quodsi sic **A'**] quod sic **M** quod si **PR** | uenus, *corr.* **A'** 6 poetas **v**] potestates 7 nobilitas, *corr.* *κσ an* -entur? (*item* 20?) 10 diurna **M**ᵃ 13 quidquid **R**ᵃ 14 dominum, *corr.* **A'** 15 defectis, *corr.* **v** | uel impigris **M** 16 in domo **M** 17 et Luna *post* posita *suppl.* **v** | positus, *corr.* **A'** 21 ex istis **A'**] exitus (adsiduis exitus **M**) | annorum **M** 22 *add.* **v** 23 adulteri, *correximus* 25 mors **M** 30 fuerin *et ss.* t **R** | genitura, *corr.* **Qv**

fuerit dominia sortitus, vel in finibus suis vel in alti-
tudine sua vel in domo Veneris et se sub trigonica
radiatione formaverit, faciet poetas oratores, affluentia
25 grati sermonis ornatos. In Lunae vero domo si fuerit
inventus, faciet facundos, sed quorum sermo sine gratia
proferatur. Si vero in Saturni domo vel in finibus
eius fuerit inventus et Iuppiter eum et Venus bona
radiatione respiciant et aut ipse sit in geniturae car-
dinibus aut Iuppiter aliquem geniturae possederit car-
dinem vel in tertio ab horoscopo loco fuerit, faciet
quibusdam religionibus deditos et secretarum ac magi-
carum artium scientes, mathematicos astrologos haru-
spices et [qui] omnium religionum et caeli ipsius se-
creta quaerentes et quibus legationum credantur of-
ficia, amantes fratres et qui cupiant adfines suos fido
necessitudinis auxilio protegere et qui iura amicitiae
artissimis vinculis astringant, iustos religiosos et ab
omni profusionis labe sepositos et qui firmi consilii
26 ratione cuncta perficiant. Si vero Mars se ei qualibet
applicaverit ratione vel si eum de quadrato respexerit
et sit Mercurius in tertio geniturae loco in humanis
vel vocalibus signis Iovis testimoniis adornatus Iove
in horoscopo vel in MC. partiliter constituto, faciet
advocatos oratores, quorum ingenium invicta fulgeat
licentia potestatis, et omnia eum facit propriis viri-
27 bus optinere. Si vero Saturnus istam commixtionem
in oportunis geniturae locis positus in nocturna geni-
tura respexerit, faciet insidias pericula accusationes
discrimina et popularis invidiae crimen adnectit.
Quodsi sic Saturno respiciente Mars in occasu fuerit

1 domina **P** 2 se ϰ] si *an* et se Iovis t. r. adornaverit? 3 afluentia **R** 4 dominio **M** domino **PR**, *corr.* **A'** 5 sermo sine σ] sermone 7 eum *Sittl*] cum eo 8 sit *om.* **M** 11 maicarum **P** 12 magesticos mathematicos **M** 13 *del. Sittl* 18 profusione, *corr.* **A'** 19 perficiat **MR**ª 21 si **PR** | humanibus 22 ~~finibus~~ uocalibus **M** 25 potestates **MR**ª | uiris **MR**ª 26 ista commixtione, *corr.* **A'** 29 crimen] discrimen σ

inventus et plenum crescentis Lunae lumen exceperit,
ob maleficia vel ob inlicita sacra vel ob adulteratas
pecunias publice accusatos faciet gladio interire. Cor- 28
pus vero faciet Mercurius, cum dominus geniturae
fuerit, medium semper et gracile et quorum faciem
tenuis pallor lividet, oculos vero ornat pulchritudinis
honestate. Erunt sane modicum cibum potumque
sumentes et quibus omnibus substantia litterarum
merito conferatur et qui propter litteras vel propter
docti sermonis ornatum adsiduis soleant legationibus
fungi et quos secretarum ac religiosarum litterarum
arcana delectent. Faciet etiam magistros aut gram- 29
maticae artis aut oratoriae aut philosopharum litte-
rarum interpretes ac magistros et qui omnia nego-
tiationis officia facili ratione pertractent, accipientes
pariter ac [dantes] exhibentes fidele commercium.
Erunt sane in omni negotiatione solliciti, utiles et
qui substantiae facultates suis viribus colligant, patres
familiae ab omni luxuriarum sepositi voluptate, iusti,
sibi vacantes et a conversationis publicae strepitu se-
parati et qui omnes religiones ac deos cum quadam
trepidatione suspiciant. Si vero vitiorum ac valitu- 30
dinis possederit locum et malivolarum stellarum fuerit
minaci radiatione constrictus, ⟨ab⟩ humoribus vitia
decernit; et si Luna male fuerit collocata, aut spasti-
cos aut lunaticos aut caducos facit et mors illis aut
ex aquis aut ex humoribus semper infertur.

Scire itaque nos oportet, sicut superius com- 31
prehendimus, quia Sol et Luna numquam accipiunt
geniturae dominatum. Sed cum dominis geniturae

2 ob *post* sacra vel *om.* **M** | adulturas **PR** 4 facie (faciet **M**) tenus, *corr.* v 6 pollor **M** | inuidet, *corr. Sittl* 7 cybum **P** 8 omnis κσ 11 sacratarum **PR** 12 archana 14 intepraetes **M** 15 facile **R**ᵃ | pertractes **M** 16 *del. Sittl* | exhibente **PR** 19 omi **M** 20 conuersatione p. strepitus, *corr.* σ *cf. 23, 2* 21 ac deos *Sittl*] adeos **PR** ad eos **M** 22 suscipiant, *corr. Nemethy* 23 possederint, *corr.* **A'** | et *om.* **P** 24 constrinctis, *corr.* κσ | *add.* κ *cf. 233, 22* 25 decernunt, *corr.* **A'**

[domini finibus] constituti [vel positi] vel oportuna cum ipsis radiatione coniuncti vel in geniturae domini finibus constituti vel in domibus eorum collocati et locum ipsius prosperis radiationibus intuentes, plurimum ex natura sua communicatum decernunt et, licet sit alius geniturae dominus, plurimum illi a Sole et Luna ex oportuna societatis radiatione confertur. Quid itaque Sol cum geniturae domino aequata societatis potestate decernant, breviter explicabo; nam quantum decernant singuli temporum spatium, in libro institutionis specialiter diximus.

32 Sol cum domino geniturae. Si Sol cum domino geniturae hac, qua diximus, fuerit radiatione coniunctus, cum ceteris, quae dominus geniturae dederit, haec etiam a Sole pro naturae suae potestatibus conferuntur. Facit itaque homines plenos fidei, sed inflato superbiae spiritu sublevatos, sapientes et omnia †spiritu aequitatis moderatione compositos, humanos, religiosos et qui patres suos integro semper ⟨amore colant⟩. Facit etiam corpore longos decoros, sed quorum caput flavo capillorum crine lucescat; facit etiam agrorum cultores patrimonia propria virtute quaerentes, efficaces cordatos et qui semper aquosa
33 regionum delectatione laetentur. Facit etiam tales, qui omnes actus cum maxima honestate perficiant; sed hi ab uxoris et a filiorum erunt affectibus separati. Vitia vero et valitudines circa oculos ⟨decernit⟩ et

1 *del.* κσ | *del.* **A'** 2 coniungit **MPR**, *corr.* **Q** 4 *fort.* ipsorum | prosperis κ] prospexerit **V** | radiatiationibus **M** 5 ex natura sua communicatum κ] et naturam suam communicatam 6 dominibus **M** 7 *aut* ratione *aut* societate radiationis 10 *cf.* *73, 10* 14 ceterisque 17 inflatos **QA'** *cf. ad 244, 23* 18 ⟨ad⟩ omnia pari ae. κ *cf. 22, 28. 92, 10 nisi* spiritu *omnino delendum ut ex antecedentibus illatum* 20 *add.* **A'** | longos κ] locos (corpulentos **A'** corporosos *Sittl*) 21 *nempe* et | capud **P** | luce lucescant **M** lucescant **R** 22 patrimoniabus, *corr.* **QA'** (p. sibi *Sittl*) 23 aquosarum *Sittl* 26 hi] si **P** | uxore, *corr.* σ | seperati **R** 27 *add.* σ

ceteras partes corporis, frequenter faciet igni comburi. Mortis vero exitus in peregrinis locis violentos publicosque decernit. Auget Sol tempus vitae, si bene collocatus domini geniturae fines teneat, et si eum malivolarum stellarum non impediverit radius.

Luna cum domino geniturae. Si Luna cum 34
domino geniturae hac, qua diximus, radiatione fuerit coniuncta, cum ceteris, quae dominus geniturae dederit, haec etiam a Luna pro naturae suae potestatibus conferuntur. Facit itaque homines stabiles honoratos ordinatos honestos, magnos corpore, sed corpus pro signi qualitate decernit, corporatos, sed quos honesta corporis pulchritudo condecoret, multum sumentes cibum, parvo potu gaudentes; sed et vita eorum inaequali semper ratione mutatur, ut patrimonium eorum et augeatur adsidue et adsidua rursus iactura minuatur. Facit etiam eos in aquosis locis adsidue commorari. Sed circa uxores et filios et ma- 35
tres pronos eorum facit semper affectus et a paternis adfectibus faciet separari. Quodsi Lunam malivola stella radiaverit, vitia circa oculos semper efficiet; aut enim oculos vulnere dedecorat aut aciem luminum obscura nube suffusionis inpugnat. Corpus vero eorum candidarum facit macularum varietate signatum, aut leprae maligna vulnera semper infligit aut corpus adsidua contractione deformat aut hos eosdem tremuli corporis inbecillitate debilitat ⟨aut⟩ ex malignis humoribus concreta peste malum exitum mortis indicit. Sed haec benivolarum stellarum testimonium mitigat.

1 frequenti, *corr.* ϰ 3 auget **A'**] autem (aut **P**) | tempus tem **M** 5 eum **A'**] cum | stellarum *om.* **M** 7 qua **A**] quam | ratione, *corr.* **A'** 8 ceterisque **MR** 10 conferantur **M**[a] 12 roboratos *Mommsen* 14 cybum **MP** 15 inaequalis est per rationem, *corr.* ϰ 17 faciet **PR** | etiam *om.* **M** 19 et] *fort.* sed 20 separi **P** 21 efficient, *corr.* **A'** 24 candidum, *corr.* ϰσ 25 adfligit, *corr.* **v** 26 adsidue, *corr.* **QA'** 27 *add.* **A'** 28 malum] malignum **M** 30 mitigat ϰ] publicat

36 Cum ergo ex Lunae cursu dominus geniturae fuerit inventus, non debemus ipsum solum singulari ratione respicere, sed ex omnibus stellarum illum temperationibus figurare. Cum enim alter cum altero fuerit vel cum testimonium suum praebuerit, pro natura sua cuncta aut auget aut minuit; et geniturae dominus alienis instructus radiationibus et ex singulis stellis, quaecumque illi testimonium perhibuerint, et ex loci ac signi potestate decreti licentiam mutuatus efficaciam suam ex aliena radiatione componit.
37 Si ergo malignus fuerit, benivolarum stellarum prosperis radiationibus mitigatur et tota malitiae mutatur inprobitas et, licet sit ad nocendum paratus, ex bonarum stellarum testimonio gratia quodammodo inficitur, praesertim si omnium benivolarum stellarum radiatione conventus ⟨sit⟩; sed et signo et loco
38 malivola mitigatur stella. Si ergo plures fuerint, in quibus est salutare praesidium, imaginem etiam ipse salutaris accipit voluntatis et melius decernendi votum sumit, si bonarum stellarum societate nocendi mutaverit voluntatem. Tunc infortunia et graves casus prosperis rursus actibus corriguntur, tunc accusati et in gravibus discriminibus constituti aut sententiis iudicum aut indulgentiis principalibus liberantur; tunc aegritudines deus sanat et omnia mala in ipsis infor-
39 tuniorum conatibus comprimuntur. Si vero malivola stella dominandi licentiam sola perceperit, contra hominem acerba continuatione grassatur et licentiae suae vires cum magnae necessitatis exercet imperio. Sic benivolae rursus stellae, si non fuerint malivolarum

4 alter cum **a**] alterum 5 vel cum] *nempe* vel ei *aut* vel cum ei | perhibuerit *Dressel* 6 aut *prius om.* **M** | minuet **M**ᵇ**PR** | *fort.* ⟨ita⟩ et 7 alieni, *corr.* **A′** 9 loco, *corr.* **A′** | decernet (*om.* **M**) diligentia, *corr.* ϰ 11 prospexeris **R** 12 malicia **M** 16 *add.* ϰ | signum et locum m. mitigat, *corr.* ϰ 22 prospexeris **PR** 26 comprimantur **M**ᵃ 28 acerua **PR** 29 exercet **A′**] extet (exstet **P**) *fort.* exerit

stellarum minacibus radiis impeditae, omnia felicitatis et omnium dignitatum ornamenta decernunt; si vero malivolarum stellarum inimicus inpugnaverit radius, nihil possunt ex promissa felicitate decernere. Sic 40
semper commixtiones et radiationes omnes diligenter debemus inspicere; aliter enim non poterit totius fati explicari substantia, nisi haec omnia fuerint diligenti inquisitione collecta. Illud etiam diligenti debemus ratione colligere, et cum ⟨benivola et cum⟩ malivola dominium fuerit geniturae consecuta, an in oportunis geniturae locis ⟨sit⟩ posita an vero in pigris atque deiectis, et an in domo sua vel in altitudinibus suis sit constituta; ex his enim omnibus, cum fuerint omnia diligenti comparatione composita, ⟨et⟩ cum ⟨ex⟩ natura stellarum signorumque, et cum ex locorum vel cardinum potestatibus cuncta collegeris, ex conditionum etiam licentia diurnarum ⟨et nocturnarum⟩, omnem hunc locum verissimis ac certissimis poteris explicare sententiis; qui locus totam geniturae continet summam, vitae finem [vitae] et omnem decreti substantiam monstrans.

XX. ⟨DE ANNIS CLIMACTERICIS.⟩

Cum ergo genituram tractare coeperis et totum 1
stellarum cursum diligenti ratione perspexeris ⟨et⟩ locorum et cardinum videris potestatem et omnia partili ratione collegeris, in ipsis principiis apotelesmatum positus nihil aliud principe in loco nisi tempus

1 infelicitatis M[a]PR 2 *nempe* ⟨insignia⟩ et omnium *aut* et omnia | dignatatum M[a] 3 pugnauerit M | radiis R[a] 5 et] ei PR | rationes, *corr.* a | omni, *corr.* ϰ | diligentia PR[b] diligenti R[a] 7 explicare substantiam, *corr.* A′ 9 *add.* ϰ (et *del.* A′) | maliuolarum, *corr.* v 11 *add.* A′ 14 compositę, *corr.* QA′ | *add.* ϰ 16 colligeris M 17 licentiā M | *add.* ϰ 18 verissimis assertionibus M | explipare M 19 tota, *corr.* A′ | continent, *corr.* QA′ 20 summa, *corr.* A′ | *del.* A′ 21 monstrant, *corr.* ϰ 22 *add.* ϰ 24 cursum *om.* PR | et *add.* *Sittl* (atque a) 27 positum, *corr.* A′ | nisi in loco, *transpos.* A′

vitae debes diligenti ratione colligere et geniturae
domini potestatem. Frequenter enim cum bene ordi-
natis quibusdam stellis geniturae dominus angusta
vivendi spatia decernit, ex parte totum, quicquid bene
positae stellae decreverant, inmaturo mortis mutatur
2 adventu. Tempus ergo vitae a Sole et Luna et ab
horoscopi parte et, quod est potissimum, et a domino
geniturae debes diligenti ratione discutere; quae om-
nia, licet in hoc opere sparsim dicta sint, specialiter
tamen in singulari libro, quem de domino geni-
turae et chronocratore ad Murinum nostrum
scripsimus, et comprehensa sunt et explicata. Labo-
randum itaque est et omni sollicitudinis intentione
quaerendus geniturae dominus, ut per hoc invento
vitae spatio et a chronocratore singulis stellis diviso
3 omnia possimus, quae decreta fuerint, explicare. Sane
extra ceteros climacteras etiam septimi anni et noni
per omne vitae tempus multiplicata ratione currentes
naturali quadam et latenti ratione variis hominem
periculorum discriminibus semper afficiunt, unde LXIII.
annus, quia utriusque numeri summam pariter excipit,
androclas appellatus est; novies enim septeni anni
LXIII efficiuntur et [qui] rursus septies noveni simili
modo LXIII anni efficiuntur. Quia itaque utriusque
numeri cursus in hoc anno aequata ratione concurrit,
grandis semper periculi discrimen inponit. Si enim
septeni et noveni anni, qui ebdomadici a Graecis et

2 enim cum ϰ] cum enim 3 domine **M** dominum **PR**, *corr.* **A'** 4 ex parte totum ϰ] et marte solum 5 posito, *corr.* **a** | mutantur **M** 6 aduentus, *corr.* **QA'** | a Sole] sub sole **M** | et a luna **PR** | aboroc **M** 9 corpore, *corr.* **a**; *illud defendit Salmas. Plin. exerc.* 3^b *D* 10 tamen *om.* **M** 11 cronocratore (*idem* 15) 12 explicanda, *corr.* **v** 13 est et **a**] esset | omnis, *corr.* **A'** 16 quae *om.* **M** | fuerit **M** | *cf. Paul. P 3 Censor. c. 14 Salmas. cl. 94* 18 omni **M** 21 anni **M** *om.* **P** | exipit **M** 22 anni LXIII anni **PR** 23 *del.* **a** 24 itaque **A'**] ita atque 25 anni, *corr.* ϰ 27 ebdomatici, *corr. Salm. clim. 59*

enneadici appellantur, gravia pericula hominibus sem-
per indicunt, quid faciet LXIII. annus, qui utriusque
numeri multiplicatam et invicem sibi obligatam per-
ficit summam? Hac ex causa ab Aegyptiis androclas
dictus est, quod omnem viri substantiam frangat ac
debilitet. Inter cetera ergo pericula, quae a mali- 4
volis stellis pro signorum anaforis et pro minacibus
radiationibus decernuntur, haec etiam pericula dili-
genti debemus ratione colligere; et in illis itaque
periculis et in his, quae ex septena vel novena anno-
rum ratione colligimus, inspicere debemus, ipso tem-
pore, quo periculi discrimen inmineat, et Lunam et
temporum et geniturae dominum benivolae stellae
qua radiatione respiciant. Si enim in oportunis geni- 5
turae locis Iuppiter et Venus fuerint inventi in horo-
scopo ac Lunam partili radiatione respexerint, tem-
porum etiam et dominum geniturae viderint, minaces
periculorum impetus salutari benivolarum stellarum
praesidio sublevantur et homines ex inminentibus
periculis liberantur. Periculorum autem non una sub- 6
stantia est; aut enim ex accusationibus aut ex delatio-
nibus aut ex insidiis aut ex navigationibus aut ex
itineribus aut ex damnis et amissione patrimonii aut
⟨ex⟩ aegritudinibus aut ex veneriis cupiditatibus aut
⟨ex⟩ debilitate corporis aut ex bestiis aut ex ruinis
aut ex luto et praecipitiis omne periculorum discrimen
adfertur. Cum itaque videris, quale sit discrimen in 7
loco, respice, sicut ante diximus, qualiter horam vel
Lunam vel ex quo loco benivolae stellae respiciant et

1 enneati, *corr. Salm.* 2 anni, *corr.* **a** 4 egiptiis **M** 5 ommem **M** 6 debilitat, *corr.* **QA** 8 decernantur, *corr.* **A** 10 amborum, *corr.* κσ 12 quo *Sittl*] quod | imminent, *corr.* **v** 14 qua κ] aequa 16 ac lunam **Q**] a luna | partilis **M**^{a}**R**^{a} | tempora, *corr.* **v** 21 dilationibus, *corr.* **v** 22 ex *ante* itineribus *om.* **M** 23 patrimonii **R** *m. rec.*] patrimonia **PR** nec patrimonia **M** 24 *add.* **A'** | veneriis cupiditatibus *Woelfflin*] ueneribus 25 ex *add. Sittl* 26 omnē 27 in loco *suspectum*; periculorum *sive* discrimen, ⟨principe⟩ in loco r. σ

quatenus geniturae dominum et temporum dominum,
ut, cum securus fueris de vitae substantia, tunc videas,
quibus rationibus inminentis ⟨mortis⟩ vel instantis
8 periculi possint vitari discrimina. Intueri etiam de-
bes illam stellam, quae periculum concitavit, idest
[in] quae est temporum domina, et videre, quo loco
et quo signo et in quibus partibus sit constituta
geniturae tunc, cum periculum decernit, et quatenus
eam benivolae stellae respiciant. Si enim, quae peri-
culum facit stella, in bonis locis fuerit inventa vel
in his, ⟨in⟩ quibus gaudet signis et finibus, et a beni-
volis respiciatur et in genitura bene sit collocata,
discrimen inminentis periculi mitigatur. Si vero aliter
fuerit et nocendi licentiam permissa sibi potestate
perceperit, facit hominem inexplicabilium miseriarum
laqueis implicari, ut mors imminens vel periculum
nulla possit ratione vitari.

XXI. DE ACTIBUS.

1 Nunc scire debemus, quis in singulis hominibus vel quos decernat actus; et tunc debemus diligenti ratione colligere, [et] quo loco sit positus. Sunt autem, qui actus decernunt hominibus, Mars Venus et Mercurius. Ille itaque decernit actus ex his tribus, qui aut ⟨in⟩ MC. fuerit aut in dextro MC. trigono fuerit aut qui in sinistro aut qui in aliis cardinibus fuerit inventus.

2 ⟨Mars⟩. Si ergo Mars actus decreverit et bene fuerit collocatus et benivolis stellis oportuna fuerit radiatione coniunctus et sit nocturna genitura, dat

1 quatinus **PR** | dominium **M**[b] | et temporum dominum *om.* **M** | dominium, *corr.* **A**′ 3 *add.* *σ* *cf. l. 16 et p. 19, 18* | stantis, *corr.* **Q**[b] 4 uita **M** 6 quae *κ*] in qua 7 ⟨in⟩ quo signo? 8 geniturae *σ*] genitura et 10 fuerint *om.* inventa **M** 11 his *om.* **M** | in *add.* **QA**′ | gaudent, *corr.* **R**[b] 15 perceperit **A**′] permiserit 18 *cf. Ptol. 46*[r] *12* 19 quis **a**] quid | in *del.* **A**′ 21 *del.* *κσ* 23 in MC. **A**′] merc. **MR** mercurius **P** *cf. ad 64, 14* 24 MC.] merc. **PR**[a] 25 aliis *κ*] illis 26 *add. Sittl* | ergo *κ*] uero

arma ducatus ac gloriam, licentiam gladii et maximarum potestatum decernit insignia, prout se decreti totius potestas extulerit, aut certe claras artes et nobiles ex igni et ex ferro facit et quae ad omnium scientiam famoso nobilitatis indicio perferantur. In pigris autem et deiectis locis constitutus et in his signis, in quibus non gaudet, honestas quasdam artes,
sed cum ignobilitate decernit. Quodsi sic Marte po- 3
sito radios suos benivolae commodaverint stellae, ex actu vel ex opere, quodcumque fuerit decretum, et gloriam quandam consequetur et substantiae facultates. Si vero desertus Mars a benivolis fuerit habens ipse decernendi actus potestatem et eum malivolae stellae respexerint, faciet subiectos laboriosos et qui plus inpendant quam illis ex suis artibus conferatur.

Venus. Si vero Venus actus decreverit et sit 4
[diurna genitura] vel in domo sua vel in finibus suis et sit in horoscopo partiliter constituta aut in MC. aut in XI. ab horoscopo loco aut in V. — et in his enim constituta locis ipsa decernit — et si sit nocturna genitura, dabit magnos actus et magnae gloriae decernit insignia, praesertim si eam sic positam Iuppiter trigonica radiatione respexerit aut si Luna ad eam feratur minuta luminibus; in tanta enim constituit licentia potestatis, ut iste, qui sic habuerit
Venerem, regibus vel imperatoribus conferatur. Tunc 5
coronas aureas, tunc praetextas decernit aureasque palmatas ⟨et⟩ consularium vel proconsularium fascium nobilitat potestate; faciet pro climate et mensura

1 maxi|maximarum **M** 3 totius *σ*] potius 5 iudicio, *corr.* *κσ* 7 non *om.* **M** 11 quędam **M** quedam **R**^{a} 15 quam **QA**′] que | que illis *geminat* **M** | partibus, *corr.* *κ* | conferantur, *corr.* **Q**^{b}**A**′ 17 *del.* *κ*, et si sit nocturna genitura dabit *in v. 20 sq.* **A**′ *del. perperam, quoniam Venus condicionis est nocturnae et in nocturna genitura potiora decernit* 19 hosc. **R** | et *κ*] aut *cf. ad 234, 24* 20 si *om.* **M** 22 ea **M** 24 eam **A**′] eum | constituitur **PR** 28 et *add.* *κ* | fascium nobilitat *κ*] faciunt nobili

genituræ gymnasiarchas Asiarchas, provinciarum sacerdotes, claros semper et nobiles et quorum honoris insignia per totius orbis spatia perferantur, gratos amabiles venustos iustos et quibus cupiant omnes quacumque ratione prodesse; sed iis a feminis vel ab
6 uxoribus tota felicitatis insignia conferuntur. Si vero non fuerit in his locis nec in his [locis] signis nec in his finibus et in alienis signis vel in alienis finibus fuerit inventa, dabit artes honestas semper et mundas; facit enim aurifices inauratores bratiarios, argentarios musicos organarios pictores. Si vero in deiectis locis et in pigris fuerit inventa, faciet hospites popinarios tabernarios myropolas et qui coronas ex florum varietate compositas festis ac sacris diebus distrahere consuerint et quaecumque ad laetitiam vel
7 ad delectationem sunt necessaria. Sed generaliter si cum eo, qui actus decernit, benivola fuerit stella vel eum trigonica radiatione respexerit, ipsi actui gloriam famam nobilitatemque decernit et maxima facultatum incrementa largitur; et quanto plures benivolae stellae radios suos decernenti actum societatesque contulerint, in tantum inmensa felicitatis conferuntur augmenta et ex ipso actu magnae gloriae nomen accipit, praesertim si recto cursu pergentes benivolae stellae, quae testimonium perhibent, in matutino ortu fuerint in-
8 ventae. Quodsi sine testimonio benivolarum stellarum

1 gymnasia·casasiarcas **PR** (sa *ss.*) gymnasia·casasi arcas arcas **M**, *corr. Sittl* 2 et *ante* nobiles *om.* **P** 5 radiatione, *corr.* **A'** | sed iis *nos*] De diis | a feminis **QA'**] afenis **M** affenis **P** afēnis **R** 7 *del.* **A'** 8 signis vel in alienis *om.* **M** 10 mauratores **M** | braciarios **M** bratiatorios **P** 12 defectis, *corr.* **v** 13 myropalas **PR** 14 ac sacris *deficit* **Q** 15 distraere **M** | consueuerint **P** | laetitiam vel ad *om.* **M** 16 si] sed **M** 18 eum] cum **PR** | rexpexerit **M** | *exspectaveris velut* in ipsis actibus 19 ignobilitatemque **MPR**[a] 21 suos radios **P** radios discernit suos **R** | decernenti **A'**] decernit **M** discernit **PR** | societatemque **P** 22 conferantur **M**[a] | aucgmenta **M** 23 accepit **MR**[a] 26 sine *om.* **M**

eum, qui actum decernit, malivolae stellae solae respexerint, vitae humilitatem et subiectos actus et laboriosos decernunt et reddunt tales, qui in ipsis actibus adsiduis pulsentur infamiis. Quodsi malivolae et benivolae stellae decernenti actum aequabili ratione consentiant, omnes omnia pro sua faciunt natura decernendi; fortiores vero erunt, qui se maiori radiatione coniunxerint.

Mercurius. Si Mercurius actum decreverit et 9
fuerit in principalibus locis constitutus, sicut de Venere et de Marte ante diximus, et sit in sua altitudine vel in finibus suis aut in domo sua, ⟨omnia pro sua⟩ natura decernit; facit enim aut reges aut iudicibus praepositos aut eis rationes regias credi aut magistros imperatorum, aut his similes actus omni ratione decernit secundum signorum naturam et eorum potestatem, qui ei testimonium commodarint. Facit etiam oratores archiatros mathematicos astrologos haruspices;
sed haec pro signorum potestate decernit. In solidis 10
enim constitutus iudicia maxima decernit rationesque. Si vero in tropicis signis fuerit inventus, ex mutationibus aut ex interpretationibus decernit officia. In aequinoctialibus signis positus ponderibus publicis praeponit. In duplicibus vero signis inventus cordatos ingeniosos inventores astrologos et omnia, quaecumque his artibus ac disciplinis similia videntur,
†ac ratione decernit. Generaliter itaque illud scire 11
debemus, quod, quotienscumque Mercurius actum decreverit, si benivolarum stellarum fuerit testimoniis adornatus, gloriam honorumque processus et maximae auctoritatis decernit insignia; contra vero malivolae

1 actu P 6 omnes *om.* M | decerni σ 7 erunt A′] eorum | se *om.* M | radiatiatione M 8 coiunxerint M coniunxerit PR 10 fuerit *om.* M | constitus M | de uenere et *geminat* M 12 *suppl.* κ *cf. l. 6 et 255, 8* 14 ratione M 15 actus M[b]] actos M[a] auctores P auctos R 17 ei *Némethy*] et 20 constituto R[a] | maxima] magna M[a] 27 hac A′ *v. g.* frequenti *sive* facili

stellae deiectionem humilitates miserias infamiasque decernunt; sed in ipsis decretis ex natura stellarum
12 non modica differentia est. Mars enim testimonium perhibens faciet ductores audaces periculosos cito mobiles et qui omni ratione fallantur et qui numquam alicuius potestatis subiugentur licentia. Saturnus vero mansuetos altos tacitos inflatosque perficiet et qui omnia cum dissimulatione .... Hoc et in ceteris duabus stellis intueri debebis; quae omnia cum a te ⟨diligenti⟩ fuerint ratione collecta, verissime decreti totam poteris explicare substantiam et sic a te mores hominum figurantur, ⟨ut in⟩ modum picturae omnia ex responsis tuis corporum liniamenta cernantur et latens morum inveniatur effectus.

XXII. DE VACANTIBUS LOCIS ET PLENIS.

1 Explicaturo mihi nunc doctrinae istius veneranda secreta, quae divini veteres cum maxima trepidatione dixerunt et quae involuta obscuritatis ambagibus reliquerunt ob hoc, ne publicata divina scientia ad profanorum hominum notitiam perveniret, intento ... animo et quieto nec aliis rationibus occupato, ut, quicquid dixerim in hoc tractatu, facillimis
2 rationibus intimetur. Singula signa in libro institutionis ternos habere decanos diximus; sunt autem decani ipsi magni numinis ac potestatis et per ipsos omnia prospera et omnia infortunia decernuntur. Sic et

4 ductores *Némethy*] auctores 6 subiugetur, *corr.* v 10 *add.* x 11 morum, *corr.* v *cf.* 6, 3 12 figurantur v] figura *et lac.* 4 *litt.* M figurant PR | ut ad *suppl.* v *at cf. VI f. LXXVII col. 2 med. VII f. XCVIII col. 2 med. de err. 83, 1* 13 reponsis tui M 14 inueniantur (-tus P), *corr.* A′ 15 *cf. Salmas. Plin. exerc. 460* 16 veneranda A′] reseranda 17 diuinis ueteribus, *corr.* A′ 18 inuolupta M 19 publica M 21 *supple* vaca, ades *sim.*, *in* MR *post* animo *ras. 3 litt.* 22 ut A′] aut | dixerit, *corr. Sittl* dixero A′ dixerint a 23 *cf. 44, 24* 25 ipsi *om.* M 26 et *posterius om.* M

Nechepso, iustissimus Aegypti imperator et astrologus valde bonus, [et] per ipsos decanos omnia vitia valitudinesque collegit ostendens, quam valitudinem qui decanus efficeret, et quia natura alia natura vincitur et quia deum frequenter alius deus vincit, ex contrariis naturis et ex contrariis potestatibus omnium aegritudinum medelas divinae rationis magisteriis invenit. XXXVI itaque decani omnem zodiacum possi- 3
dent circulum et per XII signorum numerum iste deorum numerus idest decanorum dividitur. Sed cum sint in singulis signis terni decani, non in omnibus XXX partibus potestatis eorum numen extenditur, sed per singula signa terni decani quasdam partes possident, quasdam relinquunt. Plenae sunt itaque partes, in quibus decani fuerint inventi, vacuae vero, ad quas partes numquam decanorum numen accedat. Quicumque itaque in genitura sua Solem et Lunam 4
et quinque planetas in plenis habuerit partibus, erit deus maiestatis maximae praesidio sublevatus. Sed numquam poterit fieri in genitura hominis, ⟨ut⟩ hora Sol et Luna et quinque planetae in plenis constituantur partibus. Qui enim unam stellam ⟨in plenis habuerint partibus, erunt mediocres, qui vero duas, ad⟩ omnia genera felicitatis accedunt, qui tres, ultra modum felicitatis multiplicata ornamenta percipiunt, qui quattuor, ad potentiam regiae felicitatis accedunt. Ultra hunc numerum in nullis genituris plenas stellae possident partes. Nam qui nec horam nec aliquam stellam in plenis habuerint partibus, erunt miseri

1 inchepso, *corr.* **A** *cf. fr. 28 Riess* | egipti **M** 2 *del.* **A′** 4 qui natura **M**[a]**PR** *cf. Usener Rh. Mus. 26, 155* | alia ⟨a⟩ *Salmas.* 6 ex *om.* **M** | trariis **P** 7 radiationis **M** 8 zodiaci **A′** 12 partibus **a**] pro | numerus **P** 13 decani *desinit* **M** 16 quas **A′**] c̄ | numen **A′** (*ubi* accedit)] numerum 18 habuerint, *corr.* **A′** | part̄ **R** partem **P** 20 ut *pro* hora **A′** 22 part̄ **R** parte **P** (*idem* 266, 5. 7) | *suppl.* **A′** 27 geniture, *corr.* **A′** | plenam—partem, *corr.* **A′** 28 qui **R**] que **P** | hora

destituti semper et pauperes, ad omne infelicitatis
5 discrimen miseriarum continuationibus applicati. Sane
in omnibus locis et in omnibus stellis istam rationem
debes diligenter inspicere; si enim horoscopus in
plenis partibus fuerit, erunt ⟨substantia⟩ vitae, virtute
animi, qualitate corporis et auctoritatis potestate prae-
validi. Qui vero in vacuis partibus horoscopum ha-
buerint, erunt minori corpore, deiecti animo, invalidis
viribus, semper potentioribus servientes et in omnibus
aequalibus subiacentes et qui in omnibus negotiis
6 auctoritatem libertatis amittant. Simili ratione etiam
MC. pars, si in vacuis partibus fuerit inventa, vacuam
decreti sui efficaciam praestat, si vero in plenis par-
tibus, omnia integra et incorrupta praestat, quae locus
ipse praestare consuevit; simili modo Fortunae locus,
simili etiam geniturae dominus, simili modo etiam
ille, quem actus praestare signavimus. Omnes enim
hi, licet sint in oportunis locis positi, si non in plenis
partibus fuerint, perdunt licentiae potestatem; si vero
plenas possederint partes, omnia, quae eos decreturos
7 esse promisimus, incorrupta potestate decernunt. Ex-
plicabo itaque partes plenas ac vacuas, ut disciplinae
istius secreta nullus invidiae livor inmaculet; decano-
rum etiam nomina proferam, ut totum tibi, quod pro-
misimus, intimetur, in Ariete faciens exordium. Illae
enim sunt partes plenae, ⟨in⟩ quibus decanorum no-
mina inveneris, vacuae vero, quas nudas decani reli-
querunt.
8 I. Aries. In hoc signo, idest in Ariete, quae
sint partes plenae, quae vacuae, speciali significatione
monstrabimus. Itaque in Ariete plenae partes XII,
vacuae partes XVIII.

5 *suppl.* ϰ 6 aequalitate, *corr.* ϰ | corporis *om.* P
14 quem P 15 iste A′ | p̄are P 18 hii P 22 ut A′] et
25 in] ab A′ | facies, *corr.* A′ 26 *add.* A′ 29 I. Aries]
aries primus P 31 monstrauimus, *corr.* E | *infra sunt XIII
et XVII; talia non emendavimus; graviora tantum adnotamus*

I	locus	partes	III	vacuus
II	locus	partes	V	Senator
III	locus	partes	IX	vacuus
IV	locus	partes	IV	Senacher
V	locus	partes	V	vacuus
VI	locus	partes	IV	Sentacher.

II. Tauri. In Tauri signo quae sint partes plenae, quae vacuae, hoc demonstratur exemplo. Sunt autem in Tauro plenae partes XX, vacuae partes X. 9

I	locus	partes	III	vacuus
II	locus	partes	VII	Suo
III	locus	partes	II	vacuus
IV	locus	partes	VIII	Aryo
V	locus	partes	V	vacuus
VI	locus	partes	V	Romanae.

III. Geminorum. In Geminorum signo quae sint partes plenae, quae vacuae, hoc demonstratur exemplo. Sunt autem in Geminis plenae partes XVIII, vacuae XII. 10

I	locus	partes	VII	Thesogar
II	locus	partes	II	vacuus
III	locus	partes	V	Ver
IV	locus	partes	III	vacuus
V	locus	partes	VI	Tepis
VI	locus	partes	VII	vacuus.

2 *altera nomina add.* **A**′ *et recentes*: senator idest asiccan **AB** senator (·/. *hic et saepe add.* **D**^{2}) ASLCCAN **E** *et* (I ex L) **D** (*utemur minusculis*) 4 sanacher **R** idest sentafora *add.* **AB** asenter *hic et* sentahpora *post* uacuus *l.* 3 *add.* **DE** 6 uaucate (uauce **B**) idest asentacer **AB** uacue **DE** 7 secundus tauri **P** 11 idest asicat *add.* **AB** asicat *add.* **DE** 13 idest ason *add.* **AB** asou *add.* **DE** 15 idest aarfi *add.* **AB** arfa *add.* **DE** 20 *numeri vacui sani, pleni incerti*; *nam v.* 23 III **PR**, *v.* 25 VIIII **PR**; *dedimus* III *et* VII *ex* **AB** IIII *et* VII **D** *om.* **E** | thensogar idest byy **AB** tesossar. b. y. t. **DE** 22 uer idest asuae **AB** uer asra **DE** 24 acosoae *add.* **A** á atosoae **BD**^{2} atosoa **D**^{1}**E**

11 IIII. Cancri. In Cancri signo quae sint partes plenae, quae vacuae, hoc monstratur exemplo. Sunt autem plenae partes XIX, vacuae partes XI.

I	locus	partes	VII	vacuus
II	locus	partes	VI	Sothis
III	locus	partes	II	vacuus
IV	locus	partes	IV	Sith
V	locus	partes	II	vacuus
VI	locus	partes	IX	Thiumis
VII	locus	partes	I	vacuus.

12 V. Leonis. In Leonis signo quae sint partes plenae, quae vacuae, hoc demonstramus exemplo. Sunt autem plenae partes XXI, vacuae VIIII.

I	locus	partes	VII	Craumonis
II	locus	partes	IV	vacuus
III	locus	partes	III	Sic
IV	locus	partes	VI	vacuus
V	locus	partes	X	Futile.

13 VI. Virginis. In Virginis signo quae sint partes plenae, quae vacuae, hoc demonstramus exemplo. Sunt autem plenae partes XIV, vacuae partes XVI.

I	locus	partes	V	vacuus
II	locus	partes	IV	Thumis
III	locus	partes	II	vacuus
IV	locus	partes	VI	Tophicus
V	locus	partes	VI	vacuus
VI	locus	partes	IV	Afut
VII	locus	partes	III	vacuus.

14 VII. Librae. In Librae signo quae sint partes

3 XI **AB**] XII *at infra sunt XIX et XII ut nescias uter numerus corruptus sit* 5 sothis **ABDE** (*cf. Lepsius chronol. 71*)] socius **PR** 9 thumus **DE** 13 *infra sunt XX et X* 14 idest afruicois *add.* **A** idest afriuocis *add.* **B** afunus *add.* **DE** 18 futie idest eisie **AB** futie eysyce **DE** 23 thinnis **A** thynnis **B** idest aphonc *add.* **D**[2] 25 Tropicus **DE** 27 afut **AB**] asuth **DE** *om.* **PR** 28 III **ABDE**] IIII **PR** 29 *v.* 29—269, 8 *in* **B** *ponitur post* 269, 18; *sed ad* Scorpionis 269, 9 *adnotatur*: primitus libra. sequens scorp̄. | libra *priore loco* **P**

ıae, quae vacuae, hoc demonstratur exemplo. Sunt em partes plenae XIX, vacuae XII.

locus	partes	V	Seuichut
locus	partes	VI	vacuus
locus	partes	VIII	Sepisent
locus	partes	III	vacuus
locus	partes	VI	Senta
locus	partes	III	vacuus.

VIII. Scorpionis. In Scorpionis signo quae sint 15
tes plenae, quae vacuae, hoc demonstramus exemplo. ıt autem partes plenae ⟨XVI⟩, vacuae partes XIV.

locus	partes	III	vacuus
locus	partes	V	Sentacer
locus	partes	VI	vacuus
locus	partes	VI	Tepisen
locus	partes	II	vacuus
locus	partes	V	Sentineu
locus	partes	III	vacuus.

IX. Sagittarii. In Sagittarii signo quae sint 16
tes plenae, quae vacuae, hoc demonstratur exemplo. ıt autem plenae partes XXIII, vacuae VII.

locus	partes	IX	Eregbuo
locus	partes	III	vacuus
locus	partes	VII	Sagon
locus	partes	IV	vacuus
locus	partes	VII	Chenene.

2 *numeri corrupti quidem sed congruentes* 3 seuichut ıt apoyc (a′ Φ Φoyc **B**) **AB** senichut yoye **DE** 5 sepisent ıt atebenus **AB** sepissent aterernus (rn *ex* ln **D**, aterelzinis **E**) 7 senta idest atepiten (-cen **B**) **AB** sentaatapicen **DE** *add.* **ABDE** 13 idest acente *add.* **AB** asente **DE** idest asentatir (-cir **B**) *add.* **AB** tepissent a sentacer **DE** sentinen idest aterceni (-cem **B**) **AB** senner atelem **DE** uacuus *des.* **PR** 19 sunt **A** 20 partes *om.* **ABC** | deıstramus **DE** 21 igitur partes plenae **DE** 22 VIII **ADE** ɡb uo **AB** (herket-ua *aegypt.*) 26 VII **BC**] VI **A** VIII **DE** | ıem **C** chenen **DE**

17 X. Capricorni. In Capricorni signo quae sint partes plenae, quae vacuae, hoc demonstratur exemplo. Sunt autem plenae partes XIII, vacuae XVII.

I	locus	partes	VII	vacuus
II	locus	partes	III	Themeso
III	locus	partes	V	vacuus
IV	locus	partes	IV	Epiemu
V	locus	partes	V	vacuus
VI	locus	partes	VI	Omot.

18 XI. Aquarii. In Aquarii signo quae sint partes plenae, quae vacuae, hoc demonstratur exemplo. Sunt autem plenae partes XVIIII, vacuae XI.

I	locus	partes	IV	vacuus
II	locus	partes	V	Oro
III	locus	partes	IV	vacuus
IV	locus	partes	VI	Cratero
V	locus	partes	III	vacuus
VI	locus	partes	VIII	Tepis.

19 XII. Piscium. In Piscium signo quae sint partes plenae, quae vacuae, hoc demonstratur exemplo; sunt autem plenae partes XIII, vacuae XVII.

I	locus	partes	VI	vacuus
II	locus	partes	VI	Acha
III	locus	partes	III	vacuus
IV	locus	partes	V	Tepibui
V	locus	partes	VI	vacuus
VI	locus	partes	II	Uiu
VII	locus	partes	II	vacuus.

2 partes *om.* **BC** | quae sint **B** | demonstramus **DE** 3 autem] igitur **DE** | partes *ante* plenae **DE** *om.* **AB** | XVII] XIIII **C** 7 epimen **B** epiemii **C** 10 partes *om.* **AB** 11 quae sint **B** | demonstramus **D^aE** 12 XVIIII **AC** | XII **A** 13 *hic et v.* 14.15 IV V IV *om.* **A** 14 oro idest asoer **AB** oro Asoer **C** 16 idest (*om.* **DE**) astiro *add. libri* 18 idest amasiero *add.* **A** idest amapero *add.* **B** a trafero *add.* **CDE** 19 in piscibus quae **DE** | sunt **A** 23 atha (acha **BC**) idest atapiac (-ias **C**) **ABC** Ata achapias **DE** 24 IIII **A** 25 III **AB** IIII **C** | tepabiu idest aateac (aaceac **B**) **AB** tepibui idest (*om.* **DE**) a aceas **CDE** 27 uiu idest aatexbui **AB** II VIII idest a atenbui **C** II Atembui **DE**

20 Istam rationem veteres involutam variis obscuritatibus reliquerunt, ⟨ne⟩ ad omnium notitiam verissima haec et inmutabilis ratio perveniret. Sed et magnus ille Petosiris hanc partem leviter attigit, non quod eam nesciret (ad omnia enim secreta divinitatis accessit), sed cum docere nollet, ne inmortalem operis sui relinqueret disciplinam. Itaque cum stellarum omnium et horoscopi et locorum omnium ⟨vim⟩ diligenti ratione collegeris, novissimum respiciens partium numerum in singulis stellis et in singulis locis quaere, quae in singulis partibus in vacuis resideant. Tunc enim secundum haec, quae ante diximus, totius decreti poteris explicare substantiam.

XXIII.

1 Nunc masculinas et femininas proferam partes. Scire debemus quod in omnibus signis et masculini generis et feminini ⟨et masculinae⟩ et [quae] femininae sint partes. Ex his enim partibus invenitur, cuius genitura sit, masculina an feminina. Sunt itaque masculinae partes CXCVII, femininae vero CLXIII; quae autem masculinae sint in singulis signis, quae

2 ne *add.* D^2v ut *add.* D^1E | notitia C 3 ratio non E | peruenire ABCD^1 4 ille *om.* A | in hanc C | attingit CD^1 5 qui ad CDE sed ad B^2 6 cum] quod E | *nempe* ne ⟨profanis⟩ *nisi plura turbata sunt* | immortaleis C 7 disciplinam relinqueret CDE | cum *om.* ABC 8 omnium locorum DE | vim *add.* ϰ 9 nouissime DE | respicies, *corr.* ϰ 10 in singulis st. — 11 partibus *om.* B in plenis ac uacuis partibus B^2 | quaerere CD^aE 11 *nempe* ⟨in plenis, quae⟩ in vacuis | resident AB residant C 12 hoc A 13 poterit CD 15 ex hiis (his E) *post* femininas *add.* DE | perferam C | partes quae partes sint in singulis masculinae quae femininae et quae sint masculorum quae feminarum geniturae DE *qui om.* 16 scire — 18 partes 16 *sq.* et in *utroque loco* C 17 *restituit* ϰ, quae *del.* C; *possis delere* et quae femininae; feminini ⟨partes sunt et quae masculinae⟩ et quae σ 18 enim *om.* A 19 cuius ⟨generis⟩ gen. σ an] cuius A 20 uero *om.* E 21 in singulis signis *om.* CD^1E

2 vero femininae, specialiter explicabo. Arietis a prima
usque ad VII. masculinae sunt partes, ab VIII. usque
ad XII. femininae, rursus a XIII. usque ad XVI. mascu-
linae, a XVII. usque ad XXII. femininae, a XXIII.
3 usque ad XXX. masculinae. Tauri a prima usque ad
VII. masculinae sunt partes, ab VIII. usque ad XVII.
4 femininae, a XVIII. usque ad XXX. masculinae. Gemi-
norum a prima parte usque ad XVII. masculinae, a
XVIII. usque ad XXIII. femininae, a XXIV. usque ad
5 XXX. masculinae. Cancri a prima parte usque ad II.
masculinae sunt partes, a III. usque ad VII. femini-
nae, ab VIII. usque ad X. masculinae, ab XI. usque
ad XII. femininae, a XIII. usque ad XVIII. mascu-
linae, a XIX. usque ad XX. femininae, a XXI. usque
ad XXVII. masculinae, a XXVIII. usque ad XXX.
6 femininae. Leonis a prima parte usque ad V. mascu-
linae sunt, a VI. usque ad VII. femininae, ab VIII.
usque ad XV. masculinae, a XVI. usque ad XXVI.
7 femininae, a XXVII. usque ad XXX. masculinae. Vir-
ginis a prima usque ad VII. femininae sunt partes,
8 ab VIII. usque ad XII. masculinae..... Librae [par-
tes] a prima usque ad V. masculinae sunt partes, a
VI. usque ad X. femininae, ab XI. usque ad XXI.
masculinae, a XXII. usque ad XXVIII. femininae, a
9 XXIX. usque ad XXX. masculinae. Scorpionis a prima
usque ad IV. masculinae sunt partes, a V. usque ad
X. femininae, ab XI. rursus usque ad XVI. masculinae,
a XVII. usque ad XIX. femininae, a XX. usque ad
XXVII. masculinae, a XXVIII. usque ad XXX. femininae.
10 Sagittarii a prima usque ad II. masculinae sunt partes,

1 uero *om.* **CDE** 5 a prima] uel **CDE** 8 parte *om.* **ADE** 10 parte *om.* **A** 11 partes *om.* **AB** 16 parte *om.* **AC** 17 sunt p̄ **C** | VIII. rursus **C** 20 parte *post* prima **E** | sunt partes *om.* **DE** 21 masculinae sunt partes **A** | *del.* **x** 22 sunt partes *om.* **DE** 25 scorpius **C** scorpii **DE** 26 sunt partes *om.* **DE** 27 XVI. masculinae a XVII. usque ad *om.* **CDE** 29 rursus a XXVIII. **CDE**

a III. usque ad V. femininae, a VI. usque ad XII.
masculinae, a XIII. usque ad XXIV. femininae, a XXV.
usque ad XXVII. masculinae, a XXVIII. usque ad
XXX. femininae. Capricorni a prima parte usque ad 11
VIII. masculinae sunt partes, a IX. usque ad XII.
femininae, a XIII. usque ad XIX. masculinae, a XX.
rursus usque ad XXX. femininae. Aquarii a prima 12
usque ad IX. masculinae sunt partes, a X. rursus us-
que ad XII. femininae, a XIII. usque ad XIX. mascu-
linae, a XX. rursus usque ad XXX. femininae. Piscium 13
a prima parte usque ad X. masculinae sunt partes,
ab XI. usque ad XX. femininae, a XXI. usque ad
XXIII. masculinae, a XXIV. usque ad XXX. femininae.
Explicatis his omnibus et diligenti ratione monstratis 14
ad terminum istius libri properat oratio; sed quia in
principio huius libri multa de Lunae cursibus dixi-
mus, etiam posteriores partes eius simili fine clau-
dantur, ut libro huic numen potentissimum Lunae et
initium dedisse videatur et finem. Quid itaque in car-
dinibus cum ceteris stellis Luna constituta decernat,
generaliter verissimis ac manifestissimis explicabo sen-
tentiis, ut in quinto libro cetera sine invidia mathe-
seos secreta pandamus.

XXIV. LUNA CUM CETERIS IN CARDINIBUS COLLOCATA.

Luna cum Sole si partiliter in horoscopo fuerit, 1
in his, in quibus gaudet vel in quibus exaltatur signis

2 XIII. rursus usque **DE** XIII. usque rursus **C** | a XXV. usque ad XXX. masculinae *omissis ceteris* **AB** 4 parte *om.* **B** 5 partes *om.* **AB** 7 rursus *om.* **AB** (*item* 8) | parte *post* prima **BE** 8 sunt partes *om.* **AB** 10 rursus *om.* **AB** 11 sunt partes *om.* **DE** 14 hiis (his **E**) *post* et *add.* **DE** 15 pr. or. σ] praeparatio (fit *add.* **E**) *cf. f. LXXXII c. 3 med. Cic. Phil. I 3* | sed] se uero **C** 16 principiis **C** 18 potissimum **DE** 22 ceteras **ABCD**[a] 23 pandimus **C** 24 Quid significet Luna cum ceteris planetis in cardinibus collocata **DE** *om.* **ABC** 26 si *ante* fuerit **DE** 27 exaltantur **C**

vel in domicilio suo, †Solis iam radiis liberata, parentes
⟨facit⟩ claro splendore facultatis ornatos. Hoc idem
in MC. parte cum Sole similiter posita significat. In
occasu vero, idest in septimo ab horoscopo loco, et
in IMC. si cum Sole fuerit partiliter collocata, aut
servos aut miseros aut degeneres aut proscriptos aut
mendicos parentes facit; sed haec pro signorum vel
2 partium qualitate decernit. Si vero Mars sic Lunam
positam minaci radiatione respexerit et utrique, idest
Soli et Lunae, partili radiatione fuerit contrarius,
corpus gravi vitio debilitat et indicit frequenter
oculis caecitates. Si vero in isdem partibus Sol et
Luna pariter et Mars fuerint, et parentes et ipsos
misera deiectionis humilitate prosternit et mortis violenta decernit exitia.

3 Si Luna cum Saturno in horoscopo fuerit partiliter inventa, faciet primos nasci aut primos nutriri,
sed matribus miserum pondus viduitatis imponit aut
facit eas in templorum conversationibus detineri et ex
necessariis aut ex muliebribus locis grave valitudinis
discrimen indicit. Hoc idem et in MC. decernit, si
cum Saturno in hoc loco partiliter fuerit inventa.
4 In occasu vero, idest in septimo ab horoscopo loco,
et in IMC. matrem facit squalore servitutis oppressam, ipsos vero, qui nati fuerint, aut captivos facit

1 domicilio solis suis **DE** Solis *aut* liberata *corruptum*; etiam *pro* iam *κ*; Martis rad. lib. *σ* 2 *add.* **a** | claros **CDE** | ornatos reddit **E** 3 in MC.] merc. **C** in media celi **DE** | simul *σ* 5 particulariter **DE** 6 prescriptos **E** 7 facit *om.* **CD**^{1}**E** | hoc **A** 8 partis **AB** parte **CDE** (*qui add.* uel) 9 idest *om.* **A** 11 graue *om.* vitio **A** | debilitatum **D**^{1}**E** | et *add.* **D**^{2} *post* indicit *ponit* **D**^{1} (*exp.* **D**^{2}) **E** 12 in *om.* **CDE** 13 et **DE**] cum **A** *om.* **BC** | fuerint *om.* **ABC** fuerint inuenti **E** | ipsas **C** 16 si *ante* fuerit **AB** | fuerit in horoscopo **E** 17 primo nasci **A** 18 matribus **D**^{2}] tribus 20 mulieribus **CD**^{1}**E** 21 crimen **A** | MC.] merc. **C** mercurio **D**^{1}**E** medio celi *im.* **D**^{2} 23 in *post* idest *om.* **A** | loco ab horoscopo **C** 24 IMC.] merc. **C** 25 ipsi **C**

aut a parentibus separatos; sed haec pro signorum
ac partium qualitate decernit.
Si Luna cum Iove fuerit partiliter in horoscopo 5
constituta, matrem facit splendido genere nobilitatis
ornatam, ipsos vero religiosos et quolibet genere
futurorum praescios; erunt sane clari nobiles et potentes.
Hoc idem et in MC. parte cum Iove constituta decernit.
In occasu vero, idest in septimo ab 6
horoscopo loco, cum Iove partiliter constituta et in
IMC. paternas dilapidabit facultates, sed postea aut
amicorum praesidio aut ex adfinium hereditatibus
maximas consequentur substantiae facultates. Sed in
omnibus ⟨genituris⟩ partium ac locorum potestatem
debes, sicut diximus frequenter, inspicere.
Si Luna cum Marte in horoscopo partiliter fuerit 7
inventa, peregrinam matrem aut debilem monstrat,
sed ipsorum aut oculi debilitantur aut stomachus. Si
vero fuerit diurna genitura, toto corpore debilitabit
[et debiles reddit] aut partem amputat corporis. Hoc
idem et in MC. parte..... In occasu vero, idest in
VII. ab horoscopo loco, vel si in IMC. cum Marte
fuerit inventa, relinquentes patriam in peregrinis regionibus commorantur.
Si vero Mercurius cum ipsis fuerit 8
inventus, faciet latrones piratas homicidas, spoliatores
templorum, sacrilegos et qui falsi crimen semper incurrant
et qui propter haec omnia crimina publica
animadversione plectantur; sed omnia, sicut frequenter
diximus, pro signorum qualitate decernuntur. Sed et 9

2 aut **A** 3 fuerit *ante* constituta **B** *post* **E** *om.* **CD** *fort. recte ut delendum sit* si 6 et] ac **AB** 7 MC.] merc. **C** mercurii **D**[1]**E** 10 im (ini?) merc. **C** in imo celi **DE** | dissipabit **A** dilapidat **DE** | aut *om.* **AB** 12 consequetur **B** 13 *add. Sittl* 15 partiliter in horoscopo **DE** 18 debilitabit **E**] debilitabitur 19 *del. Sittl* (*sim.* **a**) | reddat **D**[1] reddet **E** 20 et] *om.* **AB** facit si **E** | merc. **C** | *suppl.* fuerit **D**[1]**E** facit **D**[2] significat **C** 21 in merc. **C** 23 cum ipsis mercurius **DE** 24 facit **DE** 25 incurrunt **C** 26 omnia *vid. irrepsisse e l. 27* 28 per — qualitatem **ABC** | cernuntur, *corr. Sittl*

si Saturnus ⟨eos⟩ aliqua radiatione respexerit, publicis custodiis, publico carcere et publicis catenarum nexibus obligantur, ut deturpet eos intonsa crinium semper inluvies; et eos in tali necessitate constituit, ut ab inimicis alimenta deposcant; alii in custodia et in vinculis perseverantes vitae terminum complent. Si vero Iuppiter hos omnes ex aliqua parte respexerit, in templis eos facit servilibus officiis deputari.

10 Si Luna cum Venere in horoscopo vel in MC. partiliter fuerit inventa, faciet notos nobiles et quibus maxima potestatis conferantur insignia. In occasu vero, idest in VII. ab horoscopo loco, et in IMC. humile genus matris ostenditur, sed quibus numquam aliquid desit ⟨ad⟩ totum vitae subsidium; sed hi in prima aetate varia semper pulsantur infamia. In omnibus sane signis ac locis, si Luna cum Venere fuerit inventa, duarum sororum maritos facit aut duorum fratrum uxores aut adfines ad matrimonii vinculum sociat.

11 Si Luna cum Mercurio in horoscopo vel in MC. partiliter fuerit inventa, litterarum gratia claros faciet ac nobiles et aptos ad omne negotiationis officium. Si vero in occasu, idest in VII. ab horoscopo loco, vel in IMC. fuerit inventa, actus creditarum rerum, fenoris ac rationum officia decernit. Haec nos in ultimis libri partibus breviter dixisse sufficiat; hoc enim iste ultimus operatus est sermo, ut omnium praecedentium disputationum et omnium .... ad memoriam tuam revocaret effectum.

1 saturnus si **CDE** | *add. Sittl* 2 carceri **CDE** 3 intensa **A** 4 ingluuies **CD**[1]**E** 5 in *post* et *om.* **DE** 7 ex *om.* **D**[1]**E** 8 facit eos **DE** 9 si *om.* **A** *post* mc. *ponit* **B** | in MC.] in merc. **C** medio **DE** 10 fuerit partiliter **DE** | facit **DE** 12 et] uel **A** | in merc. **C** 13 ostendatur **D**[1] ostendetur **E** 14 ad *add.* **E** | hi] ·II· **C** 17 sorum **C** 18 ad] aut **ABC** 19 uel] ut **D**[1]**E** | merc. **C** media celi **DE** 20 parte **CDE** | fuerit *om.* **A** | facit **A** 22 in occasu *om.* **C** 23 merc. **C** imo celi **DE** 25 ultimi **AB** | breviter *om.* **CDE** | haec **C** 27 et omnium *om.* **AB** ut omnia **C** | *lac. stat. Sittl* 28 reuocet **CDE**

XXV.

Nunc illud tibi intimare debemus, qua ratione 1
partiliter defluat Luna, qua etiam ratione iungatur,
quas Graeci synafas aporroicas vocant. In omnibus
enim signis et a multis defluit et multis ea radiatione
coniungitur. Nam in quocumque signo ⟨in⟩ cuius-
cumque stellae finibus fuerit inventa, ab ea defluens
ad illam fertur, cuiuscumque stellae in eodem signo
fines secundo loco fuerit ingressa. Respice itaque, 2
quatenus eam finium dominus vel in quo loco con-
stitutus aspiciat, et praecedentium apotelesmatum
ratione concepta omne fatum hominis veris poteris
explicare sententiis. Respice etiam, tertio ordine cuius
stellae partes ingreditur — et ipsa enim decernendi
accipit potestatem — et sic usque ad novissimas
ipsius signi perge partes, ut omnia possis specialiter
invenire, quae ad Lunae efficaciam pertinent. Illud 3
etiam sciendum est, quod in omnibus signis, quotiens
Luna novissimas possederit partes, ad nullum feratur;
occurrentis enim signi obstaculis impeditur. Sed et
rursus in primis signi partibus posita a nullo defluit,
sed tunc sola efficacia coniunctionis inquiritur. Omnis
enim potestas praecedentium partium ex illo termino,
qui inter utrumque signum est, praetermissa deseri-
tur et aliam efficaciam ex prima signi parte sortitur.
Haec est partilis coniunctio defluctioque Lunae; nam 4
platice integris faciemus signis. Sed nos in omni

3 particulariter D¹E 4 cynaphas DE | aporteciis A apor-roceas BC aporonceas DE 5 ea *nominativus*; *del.* ϰ | ratione A 6 nam ϰ] nunc (Luna σ *cl.* 199, 12) | et in *suppl. Sittl* 7 ab ea B] ad eam 8 feratur CDE *post* feratur *repetit* cuiuscumque—defluens ad illam se C | cuiuscumque stellae *om.* CD¹E | si in E 9 fines *om.* D¹E 14 et] ex A | ipsas C ipsam D¹E 15 accepit C | ad] a C 16 partes perge A perget BCDE 19 possidens AB 24 est signum DE 25 et (*habet* E) aliam efficaciam *om.* CD¹E oritur CD¹E (*possis* orditur) 26 defluxioque A defluitioque DE 27 pratice D¹E *an* platicam?

tractatu partili debemus omnia ratione tractare. Unde iterum te atque iterum isdem commonitionibus convenimus, ut, quotienscumque tractas genituram, totum pariter decreti corpus inspicias et omnia ex singularum stellarum radiatione componas, locorum etiam ac partium diligenter inspicias potestatem, sed et signorum naturam cum locorum qualitatibus compares, conditiones etiam inspicias stellarum, cursus etiam pariter ac formas et defluctiones coniunctionesque Lunae. Sic enim, quaecumque tractaveris, †vel locum verissimis poteris explicare sententiis, si haec
5 omnia sollertiae sagaci investigatione collegeris. Nunc residuus tractatus ad quinti libri principia transferatur, ut explicatis omnibus atque monstratis ad partilia apotelesmata et ad sfaeram barbaricam omnis oratio transferatur.

1 tractu **D**^{1}**E** | omnia *om.* **DE** omni **AC** 2 atque iterum te **AB** | commotionibus **DE** 3 ut] et **D**^{1}**E** | tractans, *corr.* **a** | totam **E** 4 corporis **D**^{1}**E** | et omnia—6 inspicias *om.* **D**^{1}**E** | omnia *om.* **C** 5 ratione, *corr.* *ϰ* 7 naturam *σ*] genituram **DE** genitura **ABC** 9 defluxiones **A** defluitiones **DE** 10 si **D**^{1} | vel locum *del. vid. lectio varians ad praecedentia (l. 5 vel 7) ascripta* 14 ad **E**] ac 15 et *om.* **B** 16 transferatur oratio **A** ratio **CDE** *subscr.* Iulii Firmici Materni Iunioris Viri clarissimi Matheseos explicit liber quartus (exp. qu. l. m. **B**) **AB** Iulii Materni Firmici uiri consularis liber quartus explicit **E**